

in baptizo sub nomine Iesu Christi, ob eandem rationem, quia deest expressa trium personarum invocatio.

XI. Quæst. XI. *Validum ne baptisma est sub hac forma ministratum: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ad utroque?* Resp. Adfirmat Caietanus III. Part. quæst. lxvii. art. 5. Sed negantem sententiam defendunt communiter & Thomilæ, & Scottia, Suarez, Valquez, Estius, & communiter ceteri. Hanc eandem sententiam docere videtur S. Thomas III. Part. quæst. lxvi. art. 5. ad 7. ubi inquit: *Sicut aqua sumitur ad baptismum, quia eius usus est communior ad abluendum; ita ad significandum tres personas in forma baptismi assumuntur illa nomina quibus communis consueverunt nominari persone in illa lingua: nec in aliis nominibus perficitur sacramentum.* Argumenta tamen Caietani fateor non esse levioris momenti: nam, missis metaphysicis speculationibus, in communi Theologorum sermone pro eodem accipi solent nomina Genitoris, Geniti, & Spiriti. Tamen, cum de re sacramentaria agatur, communiori, & tutiori sententia adhaerendum est. Denique omnes adfirmant, graviter eum peccatorum qui tali forma uteretur. Validum autem existimarem baptismum sub hac forma administratum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti*: quia Iesus Christus vere est Filius Patris. Similiter ratum haberem collatum baptismum sub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filii unigeniti, & Spiritus sancti Paracliti*; ut expresse docet S. Thomas III. Part. quæst. lx. art. 8. ubi addit: *Similiter, si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & Beate Virginis Mariæ: non esset baptismus: quia dicitur I. Corin. 1. Numquid Paulus pro vobis effusus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si quis intelligatur in nomine Beate Virginis baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus confertur: talis enim sensus est contrarius vere fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si vero quis intelligatur hoc addit: & in nomine Beate Virginis: non quasi nomen Beate Virginis aliquid operetur in baptismo, sed ut eius intercessio prestet baptizato ad conservandam gratiam baptismalem; non tollitur perfectio sacramenti. Si quis diceret: Ego te baptizo in nomine*

Patris, & Filii, & Spiritus, quin pronuntiaret sancti, invalidum existimarem baptismum: quia Spiritus absolute non prodit tertiam personam, quæ uno nomine dicitur Spiritus sanctus.

XII. Quæst. XII. *Conferret ne validum baptismum qui dicit: Ego te baptizo in nomine Patris? Ego te baptizo in nomine Filii? Ego te baptizo in nomine Spiritus sancti?* Resp. Negat Paulus Comitulus Lib. I. qu. vii. quia, inquit, hic sunt tres ablationes cum tribus formis imperfectis. Sed probabilior videtur sententia adfirmans, quam communiter defendunt Theologi. Scetus in IV. dist. iv. quæst. 1. art. 3. Estius in IV. dist. 111. §. 6. Toletus Lib. II. cap. xix. & multi alii, quos citat, & sequitur Leander quæst. xxvi. Neque verum est quod asserit Comitulus, tres esse formas imperfectas. Sed una est forma perfecta moraliter continuata cum trina immersione.

XIII. Quæst. XIII. *Omissis particulæ Et in pronuntiatione personarum, ut si quis diceret: In nomine Patris, Filii, Spiritus sancti &c. redderet ne invalidum baptismus? Resp. Adfirmant nonnulli; sed ratum esse asserendum est: quia hæc vocabula Patris, Filii, Spiritus sancti sua propria, & nativa significatione ostendunt oppositionem relationis, & consequenter distinctionem personarum. Peccaret tamen qui has particulas omitteret, & quidem graviter, si deliberate eandem forma demeret. Similiter peccaret qui omitteret vocem Amen, quævis non pertinet ad essentiam baptismi, sed sit potius administrati baptismi confirmatio.*

XIV. Quæst. XIV. *Validum ne est baptismus, administratum a balbo vel imperitioso, qui mutet, vel demat aliquam litteram verbis formæ? Resp. Sententia adfirmans communis est, si demptio, aut mutatio litteræ sit in fine vocis. Quare validum baptismus asseritur si administratur: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quando ex circumstantiis manifeste probitatis, & imperitiae notum sit, his vocabis tres divinas personas designari. Invalidum vero baptismus esset, si ex malitia minister corrumperet præfatas voces cum prava intentione non baptizandi. Validum similiter baptismus esset, si quis ex imperfectione linguæ, aut imperitia diceret, in nomine Patri pro nomine Patris, aut baptizo pro baptizo. Disputant quoque recentiores, validum ne foret baptismus, si quis pronuntiaret, Ego te baptizo, & propter tulum, aut respirationem paululum quiesceret, & deinde*

de adderet, tunc in nomine Patris &c. Negat Bonacina: adfirmant alii. Disputationes illæ mihi & arbitrarie, & inutilis videntur. Si enim casus occurreret, ut mea præfere opinio, securior pars eligenda esset, & integra vox baptizo simul pronuntianda: neque enim repetitio prioris syllabæ eo fine ut coniungatur cum posteriori ad maiorem sacramenti securitatem, quidquam irreverentie præfert; immo propter reverentiam summam sacramento debitam verbum integrum simul pronuntiatur.

CAPUT VIII.

De baptismi divisione.

TRiplex distingui baptismus solet, fluminis, fluminis, & sanguinis. Baptisma fluminis seu aque, sacramentum est hæcenus explicatum. Baptismus fluminis est perfecta contritio, quæ baptismi votum includit. Fluminis appellatur, quia, cum sit perfectus caritatis partus, a Spiritu sancto, qui flumen nuncupari etiam solet, excitatur. Porro hoc baptismus fluminis satis esse ad saluandum, cum baptismus aque haberi nequeat, certum est. Baptismus sanguinis est martyrium. Hanc partitionem explicat S. Thomas III. Part. quæst. lxvii. art. 11. Differunt autem hæc tria, quod baptismus fluminis sit sacramentum, secus alia duo: quia, inquit, S. Thomas loc. cit. sacramentum habet rationem signi; alia vero duo conveniunt cum baptismi aque, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis. Ipsi baptismus sanguinis, nisi necessitas urgeat ad christianam fidem profitendam.

II. Baptismus sanguinis, seu martyrium præstat baptismi aque, & fluminis, ut ait Angelicus loc. cit. artic. 12. quia passio Christi operatur quidem in baptismi aque per quandam figuralem representationem, & in baptismi fluminis, vel penitentia per quandam affectionem; sed in baptismi sanguinis per imitationem operis. Similiter virtus Spiritus sancti operatur in baptismi aque per quandam virtutum latentem; in baptismi autem penitentia per cordis commotionem; sed in baptismi sanguinis per purissimum dilectionis & affectionis fervorem, secundum illud Ioan. xv. Maiorem hæc dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Nec est quod opponas, baptismum sanguinis meriti vacuum esse, si fluminis baptismi careat: quoniam baptismus sanguinis includit bap-

tiſmum fluminis, sed non e contrario. Ergo baptismus sanguinis præstat aliis duobus, non quidem in ratione sacramenti, cum solus baptismus aque sit sacramentum; sed ratione effectus, gratiæ scilicet, & caritatis.

§. UNICUS.

Martyrii notiones, & quomodo suppleat vices baptismi fluminis.

Q Uod græce martyrium dicitur, latine testimonium appellatur. Martyr enim testem proprie significat; ut S. Augustinus in Psalm. cxviii. declarat. Testimonia græce martyria nuncupantur; quo verbo iam utimur pro latino: unde illos qui propter testimonium Christi diversis passionibus humilitati sunt, & usque ad mortem per veritatem certant, non testes, quod latine utique possunt, sed græce martyres appellamus.

II. Primis Ecclesiæ seculari confessoribus appellabantur martyres, ut habetur apud Cyprianum episc. xxvii. ii. & episc. 111. ad Antonianum, ubi de Cornelio ante consummationem illius martyrium inquit: *Nomine inter confessores, & martyres deputandus qui statum temporis sedit exulare corporis sui carnisque, & tyranni ferocitatis utrores?* Alii distinguunt confessores a martyribus. Confessores illos appellabant qui Christi fidem coram tyranno confessi, & tormentis fortiter perlati saperitatis, mortem naturalem obibat; martyres vero qui inter ipsa supplicia vitam cum morte commutabant. Martyres, alii designant, quibus morti sententia indicta est, alii consummati, qui cruentum vite sacrificium in tormentis Deo offerunt; alii vindicati, quos Ecclesiæ declarat ob fidem Christi mortem optetisse.

III. Martyrii causæ tres. Quarum prima est persecutor mortem inferens ob fidei causam. Dux itaque persone ad martyrium necessario requiruntur. Altera est tyrannus qui inferat, altera est fidelis qui ob fidei christianæ confessionem mortem sustinet. Heine S. Augustinus Circumlocutiones, mortem sibi inferentes, non martyres, sed inanos appellat Lib. I. contra Gaudentium Donatistam cap. xxx. ubi inquit: *Non est hoc confessio, sed furor; non est sapientia, sed demerita.* Excusat vero sanctas mulieres, sibi pudicitia custodiende causa mortem confitentes: quibus, inquit Lib. I. de Civ. Dei. c. xxxi. hoc fecerunt, non humanitas deceptæ, sed divinitus iussæ; nec errantes, sed obediētes; sicut de Sampsono aliud nobis.

nobis *his* non est credere. Non ergo quæcumque mos fat est ad martyrium, led solum ea quæ a persecutore inferunt in odium fidei christianæ. Quare falsa est sententia Theophilii Raynaudii de martyrio *per pestem*: quam communiter Theologi iure improbant. Quamvis enim qui peste laborantibus interveniunt, & eadem lue inquinati obeunt, herouicæ caritatis officium exerceant, & martyres per quamdam analogiam dici possint; martyres tamen ab Ecclesia non habentur, quia deest peccator qui vim inferat in odium fidei.

IV. Altera martyrii causa *motiva* appellatur, quæ ad martyrium movet, impellitque. In martyre hæc causa est fidei confessio, in tyranno est fidei odium. Hic in fidei detestationem mortem inferit; ille ob fidei confessionem mortem sustinet. Heinc S. Augustinus in *Psalm.* xxxiv. inquit: *Martyres non facti pona, sed causa.* Martyres enim testes Christi sunt, de quibus S. Lucas cap. xii. *Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Pater filium confitebitur illum coram Angelis Dei.* Et Ecclesia univerſa canit: *Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit.*

V. Ad hæc causam pertinet cuiuscunque virtus officium a lege divina prescriptum. Quare qui virtutem aliquam exercet, cuique veritatem defendit, & ob eius defensionem, aut exercitium mortem sustinet, voce, aut factis testatur se Christum profiteri, & martyrii lauream sibi comparat iuxta illud Matth. v. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Plura sunt martyrium exempla, qui ob alius virtutis officium mortem sustinere. Animadvertendam tamen, martyribus illos accendens non esse qui mortem perferret pro aliqua veritate quæ ad fidem credendum, agendorumve non attineret, aut pro aliqua peculiari revelatione sibi facta, vel sententia cuius veritas definita ab Ecclesia non sit. S. Thomas 2. 2. *quæst.* cxxiv. quinque articulis martyrii argumentum displicet, & ea omnia consuetu lue perſpicuitate pleno in lumine collocat quæ ad exactam istius materie notitiam requiruntur. *Art.* 5. decernit, non solum fidem, sed cuiuscunque alterius virtutis officium esse martyrii causam, si quis pro eo peragendo mortem oppetat. Ideo omnium virtutum opera, sicutdam quod referuntur in Deum, sunt quædam protectiones fidei, per quam nobis innotescit quod Deus huiusmodi opera a nobis requirit, & nos pro eis remunerat: & secundum hoc possunt esse

martyrii causa. Unde & B. Ioannis Baptistæ martyrium in Ecclesia celebratur, qui non pro neganda fide, sed pro reprehensione adultærii mortem sustinuit. Plurima exempla producit sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. *Lib.* III. cap. xix. SS. Martyrum qui propter alius virtutis officium occubere. Docet ibidem, non fore martyres qui pro illibate Virginis conceptione sanguinem funderent. De voto autem illo quod alicubi emittitur mortem tubendi ob defensionem immaculate conceptionis, filer Pontifex sanctissimus. Librorum multitudo hæc tempestate pro, & contra eiusmodi votum Italiam implevit. Verum de hoc nihil ad me. Sicut martyr zelo fidei, & virtutis christianæ defendendæ sustinere mortem debet; ita persecutores ad mortem inferendam fidei odio, aut iniquitatis patrocinio moveantur oportet, ut martyres efficiant. Persecutores autem non pagani modo, & heretici, sed seculæ quoque Christiani esse possunt, ut habetur Matth. x. *Ad presides, & Reges ducemini propter me...* Tractat autem *factum fratrem in mortem, & pater filium.* Priora verba ad Gentiles, postiora ad hereticos, vel improbos Christianos SS. Patres referunt.

VI. Tertia martyrii causa *finalis* appellatur: quia finis sustinendæ debet esse Dei gloria. Heinc heretici, & schismatici coronari martyrio nequeunt ob defectum veritatis, & unitatis Ecclesiæ. De his S. Cyprianus *Lib. de unit.* hæc scribit. *Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est...* *Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestis animas suas ponant; non erit illi fidei corona, sed pona perſidæ; nec religioſa virtutis exitus glorioſus, sed desperatioſa interitus.* Et S. Augustinus *Lib. IV. de baptis.* cap. xvii. hæc scribit: *Neque baptismi hæretici prodest, quamvis Christum confessus, extra Ecclesiam fuerit occisus. Hec verissimum est. Extra Ecclesiam quippe occisus, caritatem non habuisse convincitur.*

VII. *Quæst.* I. An martyrium suppleat in adultis vices baptismi flammis, sine aqua? Resp. Adfirmant omnes tum Patres, tum Theologi. S. Augustinus *Lib. XIII. de Civ. Dei* cap. vii. hæc scribit. *Quicumque, etiam non percepto regenerationis lavacro, pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis.* Qui enim dixit: *Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum celorum: alia sententia istos facit exceptos, ubi non minus generaliter dicit: Qui me confessus fuerit &c. S.*

Th.

Thomas III. *Part. quæst.* lxxvi. *art.* 11. & in *II. dist.* xv. *art.* 3. *quæst.* 3. hæc producit rationem. Baptismus aquæ est similitudo mortis Christi. Sed martyrium expressior est Christi mortis imago; nam ille figuræ dumtaxat, hoc vera eisdem imitatio est. Porro si Christus suam representant mortem, qui lavacro aquæ suam representant vitam, potiori iure suam gratiam donat iis qui sanguinis effusione suam imitantur, nedum representant, passionem.

VIII. Sed potissima huius veritatis ratio & ab ipso Evangelio, x. hæc habentur. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in celis est.* Ecclesia pro martyribus nec precæ, nec sacrificia offert; sed eorum patrocinium, & intercessionem implorat. Plurima Patrum testimonia afferre possem, quæ brevitas istud prætere.

IV. *Quæst.* II. *Utrum martyrium parvulis loco baptismi inferatur?* Resp. Sententia affirmativa & communis, & vera est. Ecclesia quippe infantes ab Herode trucidatos ut martyres & lit, in quorum laudem canit: *Cuius patrocinium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt.* Nec aliquis Patrum illorum circumcissioni, sed omnes martyrio gloriam tribuunt, sola facta circumcissioni mentione. Quin improbabile non est aliquos fuisse innocentes scribit. Ille pro Christo trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptivos filios numerari. Alio quomodo coarctas sibi pueros puer ille qui natus est nobis, non contra nos, pateretur accidi, quod utique solo nutu poterat prohibere, nisi melius aliquid eis providisset? Ut quemadmodum ceteris infantibus tunc quidem circumcisse, nunc vero baptismus sine ullo proprio voluntatis ulu sufficit ad salutem, sic nihilominus pro eo susceptum martyrium illis proficiat ad salutem. Fallitur itaque Armacæus, dum circumcissioni, non martyrio, illorum infantum salutem tribuit. Aliorum opinionationes de horum Innocentium martyrio retellit S. Thomas 2. 2. *quæst.* cxxiv. *art.* 1. ad 1. Quidam dixerunt, quod in Innocentibus acceleratus est miraculose liberi arbitrii usus, ita quod etiam voluntarie martyrium passi sunt. Sed quia hoc per auctoritatem Scripture non comprobatur, ideo melius dicendum est, quod martyrii gloriam, quam in aliis propria voluntas meretur, illi parvuli accipi per Dei gratiam sunt affecti. Nam effuso sanguine

propter Christum vicem gerit baptismatis. Unde sicut in pueris baptizati per gratiam baptismalem merentur Christi operatur ad gloriam obtinendam; ita & in occisus propter Christum merentur martyrii Christi operatur ad palmam martyrii consequendam. Unde Augustinus dicit in quodam sermone de Epiphania... *quasi eos alloquitur: Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo qui etiam parvulis baptismum prodesse non estimat Christi. Non habebatis aetatem qua in passurum Christum crederetis; sed habebatis carnem in qua pro Christo passurum passionem sustineretis.* Heinc sequitur, illos omnes qui ante adventum Christi Domini propter eisdem fidem, & iustitiam occisi fuerunt, veris martyribus accensendos esse. Nam fides iustorum antiquorum respiciebat Christum venturum, sicut nostra fides respicit Christum qui iam venit. Heinc S. Augustinus in *Psalm.* lxxii. primum martyrem fuisse Abelam testatur.

X. *Quæst.* III. *Utrum martyrium suppleat vices baptismi aquæ ex opere operato?* Resp. Aliqui contendunt, martyrium culpam remittere, & iustificare solum ex opere operantis. Alii docent, parvulis martyrium culpam remittere ex opere operato, adultis vero ex opere operantis. Ita docent Casus, & Sorus. Sed communis, & vera sententia defendit, tam adultos, quam parvulos martyrium iustificare ex opere operato. Ratio videtur manifestæ. Nam baptismus sanguinis baptismum aquæ comparatur. Ergo si baptismus aquæ ex opere operato gratiam producit, deleatque culpam; potiori iure id concedendum est baptismum sanguinis, qui illo excellenter, & præstantior est, ut vidimus. Si tota baptismi languinis efficacia penderet ex opere operantis, seu ex caritate; frustranea & superflua esset partitio in baptismum flammis, & sanguinis. Accedit ferentiorum ardere posse caritatis ignem in confessionibus quam in aliquo martyre; nec propterea illi martyrii lauream æqualeantur.

XI. Hanc lententiam docet S. Thomas in *II. dist.* xv. *quæst.* lxxvi. *art.* 3. *quæst.* 3. ad 1. his verbis. *Baptismus sanguinis non habet hoc tantum ex opere operantis, neque quantum ad peccatum, quod alius martyrium sufficit, quam contritio non esset sufficientem ad satisfaciendum pro peccato; neque quantum ad dejectionem iusta voluntatis, quia contra quod voluntate maiori caritate informata aliquis sine martyrio non potest ab omni culpa liberari: sed hoc habet ex imitatione passionis Christi: unde de martyribus dicitur Apocal. vii. Laverunt stolas suas in sanguine Agni.*

gni. Similia docet 2. 2. q. cxiv. art. 1. ad 1. Quam doctrinam tradit etiam Annibaldus in IV. dist. iv. quæst. unic. art. 4. *Baptismus sanguinis non habet Iuplax effectum baptisum fluminis ex opere operante, sicut obiectivatur, sed ex imitativa passionis Christi.*

XII. Quæst. IV. *Quoniam dispositiones requiruntur in adultis ad suscipiendum baptismum sanguinis?* Resp. Prævias dispositiones in adultis necessarias esse ad baptismum suscipiendum, vera sententia docet. Prima est voluntaria acceptatio mortis in fidei odium illata. Martyrium enim actus fortitudinis est, & caritatis. Ergo necessaria est deliberata electio. Quare qui fugiens, aut dormiens a persecutore necaretur, martyr non haberetur. Si tamen deliberate martyrrium quis acceptasset, & hanc voluntatem non retraxisset, si in odium fidei occideretur dormiens, vel fugiens, martyr esset. Altera dispositio est, ut martyrrium acceptetur ob fidem Christi, & ex motivo supernaturali per fidem propositio. Necessaria est quoque caritas saltem initialis & imperfecta: quoniam, ut S. Thomas 2. 2. q. cxvii. art. 1. ad 2. docet, ad ædium martyrii inclinat quidem caritas sicut primum, & principale motuum per modum virtutis imperantis, fortitudo autem sicut motuum proprium per modum virtutis elicientis. Et inde est quod martyrrium est actus caritatis ut imperantis, fortitudinis ut elicientis. Inde etiam est quod utramque virtutem manifestat. Quod autem fit meritum, hoc habet ex caritate, sicut & quilibet virtutis actus: & ideo sine caritate non valet. Martyrium dicitur actus perfectissime caritatis, non hoc in sensu, ut caritas perfectissima illud semper antecedit, sed obiective, aut effective, quatenus vi sua caritatem producit. Necessè est ut præcedat caritas inchoata, & imperfecta, tamquam dispositio requisita: quæ postea vi ipsius martyrii perfecta evadit.

XIII. Adulti qui alicuius peccati conscii sibi sunt, purgare conscientiam suam debent eo modo quo ad baptismum aquæ, aut penitentiam se se disponerent, si catechumenus est, baptismum præmittere debet; & si baptismum tinctus sit, confessionem, dum opportuna adsit. Quæ omnia Ecclesiæ disciplina confirmant. Nam, persecutione interveniente, aut imminente, Episcopi animabant omnes tum catechumenos, tum fideles aut ad baptismum suscipiendum, & ad penitentiam præmittendam, & ad Eucharistiæ participationem, ut his roborati prædidis, fortiores, alacrioreque fierent ad certamen iustæque sustinendam. Quot martyres catechume-

ni, in carceribus detenti, a fœcis baptizari postulabant? S. Romanus, vixima iam pro Christo destinata, S. Laurentium urgebat: *Forsina me baptizare.* Alii herbas, & Iponicas petebant, non ut martyrium declinarent, sed ut commodum quærerent aut baptismi suscipiendi, aut penitentiam peragende. Omnes denique, ut milites Christi, juniorum, & precum, piorumque operum arma induebant, ut fortiores in futura pugna evaderent. Et hæc pauca de martyrio dicta obiter sufficiant.

C A P U T IX.

De ministris baptismi.

I. **T**Riplex baptismi minister. 1. Ordinarius ex delegatone. 2. Extraordinarius ex delegatone. 3. Necessitatis. Minister ordinarius, & solemnitatis Episcopus primum: Episcopi enim, tamquam Apollitorum successoribus, dictum est: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes* &c. Episcopi sunt dispensatores mysteriorum Dei, & potestate completa prædici sunt in mysticum Christi corpus. Post Episcopos Presbyteri sunt ministri ordinarii baptismatis: idque declarat Concilium Florentinum in decreto ad Armenos: *Minister huius sacramenti est Sacerdos, cui est officio competit baptizare.* Quamquam autem Presbyteri vi suæ ordinationis potestatem habent solemnium ritum baptizandi, sineque ordinarii ministri, dependent tamen in exercitio ab Episcopis. Quare dum olim Episcopi baptizabant diebus solemnibus, licitum non erant Presbyteri idem præstare: & etiam nunc, si Parochus præsens sit, non debet Sacerdos baptizare, eo inconsulto.

II. Diaconus, non ex officio, sed ex commissione administrare sacramentum baptismi valet, ad exemplum Philippi Diaconi, qui baptizavit Eunucho Regine Ethiopum, & cum prædicasset Samaritanis, eodem baptizavit, ut legitur Act. viii. *Cum vero prædidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur viri, mulieres.* Quamquam Diaconus vi suæ ordinationis potestatem caret baptizandi; tamen, cum ordo Diaconatus proxime accedat ad Presbyteratum, consequitur ut gravi, licet non extrema, necessitate urgente baptizet & privatim, & solemniter possit, puta, si Parochus sit ægrotus, & desit Sacerdos; si differri abique gravi incommodo baptismus nequeat.

III. Laici sunt ministri, non ex officio ne-

neque ex delegatone, sed folius necessitatis, abique tamen solemnium ritu. Plura obvia sunt antiquorum Patrum testimonia; sed sat est referre decisionem Concilii Florentini in decreto ad Armenos, ubi hæc statuta sunt. *In causa autem necessitatis non solum Sacerdos, sed Diaconus, sed etiam laicus, & mulier, immo etiam paganus, & hereticus, baptizare potest; cummodo formam servet Ecclesiæ, & facere intendat quod facit Ecclesiæ.* Negat hoc Calvinus Lib. IV. Inst. cap. xv. §. 20. Sed de more sola audacia, & odio adversus universalem Ecclesiæ disciplinam. Nam fatetur & ipse, antiquam esse hanc consuetudinem, iniqui: *Ipsa sero Ecclesiæ exordio usu receptum fuit, ut in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non adesset.* At subdit, se non videre qua ratione id fieri possit. Sed rationem hanc viderunt, probanturque Patres, & Concilia.

IV. Tertullianus Lib. de baptismo cap. xvii. scribit: *Petulantia autem mulierum, quæ usurpavit docere, utique non etiam tingendi ius sibi pariet?* Rufus Lib. de præcept. c. xli. *Ipsæ mulieres hereticæ quam procacis, quæ audent docere, contendere, excruciosos agere, eversiones repromittere, forstari & tingere.* Tertullianus damnat mulieres audaces quæ in Ecclesiæ solemnium ritu, necessitate sublata, & in virorum conspectu docere, & baptizare non reformidant. Carpit Tertullianus petulantiam mulierum, quæ Sacerdotum munereungebantur, quales erant Quintilla, & Priscilla. Ceterum sicut privatim docere mulieres valent, ita & tingere, necessitate urgente, ut idem Tertullianus docet his verbis. *Tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum viget circumstantia periclitantis.* Nec amplius immorandum est in re aperta & certa.

V. Quæst. I. *Peccat ne mortaliter non Sacerdos, qui extra necessitatis casum baptizant?* Resp. Negat aliqui, ut Caietanus, Soto, Henriquez, & alii. Sed sententia affirmativa communis, & vera est. Quoniam solus Sacerdos est illius sacramenti ex officio minister. Ergo qui necessitate sublata baptizat, alienum sui sibi in re gravissima usurpat, & dignitatis ordinem pervertit. Ordo autem servandus eiusmodi est. Non licet mulieri, etiam necessitate urgente, si præsens sit masculus, si adit Sacerdos; nec Diacono, si adit Sacerdos; nec Sacerdoti, si præsens sit Parochus, baptizare. Nec minori Clerico licet, si adit Clericus superior. Hunc ordinem præscribit Rituale Romanum de ministris baptis. *Sed si adit Sacerdos, Diacono*

preferatur, Diacono Subdiacono, Clericus laico, nisi pudoris gratia debeat feminam potius quam virum baptizare infantem non communi eductum; vel nisi mulier femina sciret formam, & modum baptizandi. Gravior quoque Sacerdos peccat, si, necessitate sublata, extra Ecclesiæ baptizat. Verum de hoc infra.

VI. Quæst. II. *Peccat ne mortaliter laicus qui, necessitate urgente, & presente Sacerdote, baptizat?* Resp. Venialiter tantum peccat laicum baptizantem in necessitate, presente Sacerdote, docent Henriquez, Valentia, & alii, quos refert Leander disp. xv. quæst. vii. Sed vera sententia, quæ communis est, docet, laicum mortaliter peccare ob rationem datam, quod in re gravi sibi usurpat ius solius Sacerdotis proprium, & pervertit dignitatis ordinem. Nec soli Sacerdoti fit iniuria, sed sacramento. Quare peccaret & ipse Sacerdos, si consentiret; neque ex Sacerdotis consensu laicum culpam minueret, sublata gravi ratione præstandi talis consensu: quia sacramenti dignitas excelsa postulat ut per Sacerdotem, si fieri potest, administraretur.

VII. Quæst. III. *Peccat ne mortaliter laicus qui, in necessitate, presente Diacono, baptizat?* Resp. Mortaliter peccat laicum baptizantem in presentia Diaconi, docent Valquez disp. cxlviii. cap. v. Reginaldus Lib. XX. num. 44. Filiucius tract. xi. num. 82. Ioannes de la Cruz Part. II. quæst. 11. dub. 1. Venialiter tantum peccare probabiles Leander defendit quæst. viii. laudatque Laymanum, Bonnacium, & alios, quibus adhaeret P. Viva quæst. 1. art. 5. num. 4. quia, inquit, Diacono non competit baptizare ex officio. Prior sententia videtur probabilior: quia licet soli Sacerdoti ex officio tributum sit ius baptizandi, abente tamen Sacerdote, munus illud Diacono convenit, & post Diaconum ceteris Clericis. Porro fallum est in casu necessitatis ius baptizandi non devolvi ad eos qui ceteris præstant. Ordo enim hierarchia, naturali divinoque iure præscriptus, servari debet semper, nisi necessitate impediatur. Et qui hunc violat, graviter eos peccare, probabilibus mihi cum laudatis Theologis videtur. Hanc sententiam præter citatos Auctores defendunt Henricus & S. Ignatius Lib. II. cap. x. Vantoy cap. iv. Farvacquesius cap. xv. Laurentius Berti Lib. XXXI. cap. xii. Immo fatetur Leander, in hanc concedere sententiam P. Suarez disp. xxxi. sec. 4. addit tamen, non oppositum docere disp. xxiii. ser. 2. Sed, multis controversiis, ser-

servandus ordo est ab Ecclesia prescriptus. Sacerdos non baptizat, presente Parocho, nisi consentiat; nec Diaconus, presente Sacerdote; nec Clericis, presente Diacono; nec laici, presentibus Clericis; nec femina, presente masculo. Femina tamen quandoque praefertur viro, aut formam ignorant, aut pudori consulendi causa.

VIII. Quæst. IV. *Latus baptizans sine necessitate incurrit ne irregularitatem?* Resp. Si solemniter ritu baptizat, adfirmat Leander disp. ix. q. x. & citat Suarez, Navarum, Fillicium, Sotum, & alios. Idque determinat est cap. 1. de Clericis non ordinato. Quare hæc sententia vera est. Negat vero Leander cum aliis, laicum privatum abique solemnitate baptizantem incurere irregularitatem. Sed etiam hoc in calu adfirmat Paludanus, Sylvestre, Angelus, La-Cruz. Quid in hac opinionum diversitate dicendum? Auctoritas Lib. V. Decret. tit. xxviii. c. 1. hæc est. Si quis baptizaverit, aut aliquod dicitur officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abiciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur. Sermo videtur esse de Clerico non ordinato, & de laico solemniter ritu exerceo officium proprium Clerici ordinati. Ideo videtur non contrahere irregularitatem laicum qui privatum, & sine solemnitate baptizat.

IX. Quæst. V. *An unus minister possit unica aspersione plures baptizare?* Resp. Adfirmant communiter omnes, probantque exemplo S. Petri, qui plurimos una die baptizavit. Tum quia non mutatur lenius forma, inquit S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 5. ad 4. per hoc quod dicitur, Ego vos baptizo, cum Te vos nil aliud significet, nisi te, & te. Qui vero sic baptizarent abique necessitate, peccarent, & quidem mortaliter; ut docent Scorus, Gabriel, Agidius, Fillicius, Hurtado. Leander vero consuetudo suo probabiliter quæst. xxi. contendit, hanc venialiter tantum peccare: quia, inquit, administrare sacramentum contra usum Ecclesie non gravis materia, sed levis iudicari debet. Sed hæc ratio futilis, & falla est; immo e contrario disciplinam, & ritum Ecclesie in administratione sacramentorum pervertere, gravis materia iudicari debet. Quare opinio Leandri, & aliorum quos citat, mihi fallax est.

X. Quæst. VI. *Si duo essent quorum unus manibus, alter lingua caret, possent ne valide & licite baptizare, necessitate urgente?* Resp. Adfirmat Caietanus III. Part. quæst. lxxvi. Leander quæst. xvi. de more, quæst. lxxvi. id probabiliter verum esse, & varios Auctores citat. Paludanus quoque in IV. dist.

v. huic accedit opinioni: quia, inquit, illos homines, unum elinguen, alterum brachiis truncatum, unum representare hominem, & eum qui loquitur propria lingua, aliena vicaria manu baptizare. Pia speculatione istæ sunt. Respondet S. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 5. ad 4. Si convenirent duo, quorum unus esset mutus, qui non posset profere verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum, non posset ambo simul baptizare, uno dicente verba, & alio exerceente formam. Nullum ergo esse presatum baptisma, & saltem sub conditione repetendum. Addit ibidem S. Thomas, quod plures non possunt simul baptizare: quia actus multiplicationis, si perfecte ab unoquoque agatur. Quæ verba non sic intelligenda sunt, ut si singuli profertent formam, applicarentque materiam cum intentione necessaria, non baptizarent. Supra enim cap. vii. quæst. lxx. dixi, validum esse hoc baptisma. Sed hæc doctrina S. Thomæ eo pertinet, ut non partialiter simul baptizantes formam immutarent, dicerentque, Nos te baptizamus; non singuli, Ego te baptizo. Ita se explicat ibidem Doctor sanctus. Quod autem dicitur NOS, non est idem dicere, quod ego, & ego, sed ego, & tu: & sic iam mutaretur forma. In hoc ergo quod plures baptizarent, dicerent, Nos te baptizamus, iuxta S. Doctorem, forma mutaretur. Sed clarius hæc doctrinam exponit Angelicus q. lxxvii. art. 6. ubi hæc habet. Sed considerandum est, quod ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quod plures conveniant ad unum baptismum conferendum. Quod quidem videtur esse contra rationem ministerii. Homo enim non baptizat nisi ut minister Christi, & vicem eius gerens. Unde sicut unus est Christus, ita oportet esse unum ministrum, qui Christum representet. Propter quod signanter Apostolus dicit Ephes. iv. Unus Dominus, una fides, unum baptismum. Et ideo contraria intentio videtur excludere baptismi sacramentum. Si vero utroque diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, utroque exprimeret suam intentionem, quasi ipse singulariter baptismum conferret: quod posset contingere in eo casu in quo contentio utroque aliquem baptizare conaretur: & tunc manifestum est quod ille qui prius verba profert, daret baptismi sacramentum; alius vero, quantumcumque ius baptizandi haberet, nihil faceret: & si verba pronuntiare presumeret, esset puniendus, tamquam rebaptizator. Si autem omnino simul ambo verba profertent, & ho-

minem

minem immergerent, aut aspergerent, essent puniendi de inordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptismi: quia utroque intendit non baptizatum baptizare; & utroque quantum est in se, baptizaret. Nec traherent aliud, & aliud sacramentum, sed Christum, qui est unus interius baptizans, unum sacramentum per utrumque conferret.

XI. Quæst. VII. *Si duo tantum essent presentibus pæro presentes, obsterit, & Sacerdos excommunicatus, quis horum administratum baptismum deberet?* Resp. Leander tract. 1. de excom. §. 1. contendit preferendum esse Sacerdotem excommunicatum: quia ad esse Sacerdotem excommunicatum ritum ministrare sacramentum abique solemniter non est actus ordinis. Communicator, & mihi non est probabilior opinio est, Quoniam Sacerdos excommunicatus est segregatus, & recilius a corpore Ecclesie. Porro mulier catholica praferenda est in baptismi ministerio homini ab Ecclesia separato, & ita nec tradito. Nec obstat, Sacerdotem excommunicatum in extrema necessitate abolvere posse: quoniam in nullo casu laicus absolute impetire potest; idcirco dispar est ratio. Hanc sententiam defendunt Navarum, Sylvestre, & plures alii.

XII. Quæst. VIII. *Validene quis baptizare seipsum possit, extrema urgente necessitate?* Resp. Negat S. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 5. ad 4. inquit: Nullus potest baptizare seipsum, propter quod & Christus a Joanne voluit baptizari. Hoc idem Innocentius III. Lib. III. Decret. tit. xli. referens Theodorico Methensi Episcopo, cui declarat, baptizandum ab alio esse qui in mortis articulo constitutus, in aquam seipsum immergit dicens: Ego baptizo me in nomine Patris & Quoniam libidit Pontifex, inter baptismum & baptismum debet esse discretio; sicut ex verbis Domini colligitur: Itæ, baptizate omnes gentes &c. Nec obstat, olim laicos propria manu simpliciter Eucharistiam, viros quidem nuda dextera, mulieres vero nitido testamento, quoniam quemadmodum quique potest seipsum patrie, secus generare; ita quique potest seipsum caelesti epulo reficere, secus spiritaliter gignere. Sententia hæc communis est.

XIII. Quæst. IX. *An Parochus peccat qui, ut alii instantis consulat, privatum baptismum administrat domi, expectans parvulum aut de longinquo venturum, aut alio negotio distentum, ut in Ecclesia solemnem ritum peragat?* Resp. Parochus ille peccate videtur: quia in Concilio Viennensi sub Clemente V. ut ex

Clementina Lib. III. tit. xv. cap. v. veritum est ne quis in aulis, vel cameris, aut aliis, privatis domibus, sed dimittat in Ecclesia, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquis (nisi Regum, vel Principum, quibus valet in hoc casu deservit, liberi extiterit, aut talis necessitas emerit) propter quam nequeat ad Ecclesiam, abique periculo proper hoc accessus haberi) audeat baptizare; qui autem secus presumpserit, aut suam in hoc presentiam exhiberit, taliter per Episcopum suam castigetur quod alii attentare similia non presument. Similia prescribit S. Pius V. in Rituali. Itaque necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizare debet, nisi forte sint Regum, ante magnorum Principum filii, id ipsi desolentibus; dummodo id fiat in eorum capellis, seu Oratoriis, & in aqua baptismali benedicta. Quod quod clirici, se quibus supra dictum est, non promovebant ad gradum Presbyterii, quod essent domi graviter decumbentes baptizati? Olim ipse Reges, eorumque liberi ad baptismi accessum, ut de Theodolito iunior narrat Baronius ad annum aoi. & de Clodoveo, cuique filio in vita S. Remigii Hincmarus Remensis Archiepiscopus. Verum hodie plurimi Regum, magnorumque Principum privilegio frui volunt. Nisi enim alicubi frequens abulus est, quod plures vel in ipsa christiana populo ambiunt; accessu a communi christiana populo ambiunt; ac sic Similus Dominus dicitur aliquod constituitur in tanti beneficii concessione, & non equaliter omnes ad aeternam vitam regenerentur. Neque dicas, hodie superiores, ad hanc disciplinam quod attinet, dispensare. Quæ sententia mea non interest in aliorum inquirere dispensationes; sed quid sacramenti dignitas postulat, quid sacri canones precipiant, explicare, atque sacrorum rituum observantiam suadere.

XIV. Quæst. X. *Parentes baptizare ne proprios filios valent, necessitate urgente: & an amittere ius debiti petendi?* Resp. Sententia adfirmans communis, & vera est quantum ad primam partem: quoniam in extrema necessitate causa nemo a ministrando baptismum excluditur. Quantum ad secundam similiter adfirmant omnes, parentes qui in extrema necessitate baptizarent, non amittere ius petendi debiti. Quid si extra necessitatem pater, presentibus multis qui baptizare possent, filium suum fingeret? Leander ut quod probabilis adfirmat, neque matrem amittere ius ad debitum petendum: quia inquit quæst. xxxix. nullo textu, nulloque iure evinci potest, matrem hoc ius amittere.

ture. Et pro hac opinione citat Suarez, Hurtadum, Regidium, S. Thomas in *Suppl. quest. lvi. art. 1.* oppositum docet his verbis. *Secundum quantum ad actum matrimonii est distinguendum: quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis, sicut cum pater baptizat filium in articulo mortis; & tunc non impedit actum matrimonii ex natura parte: aut inducitur extra casum necessitatis ex ignorantia; & tunc si ille ex cuius actu inducitur, diligentiam adhibuit, est eadem ratio, sicut & de primo: aut ex industria extra casum necessitatis; & tunc ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitum: sed tamen debet reddere, si petatur; quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.* Fallum est quod Leander asserit, nulla probari lege posse, parentem, extra necessitatem casum baptizantem, privatam manere iure debiti petendi. Nam illa lex que decernit cognationem spirituales contra inter baptizantem & parentes baptizati, eadem obicem ponit matrimonii utri.

XV. *Quest. II. Validum ne baptismum est, a Pagano, aut Iudeo administratum? Resp.* Primis Ecclesie saculis de talis baptismi validitate a pluribus dubitatum fuit, & ab aliquibus declaratur nullus talis baptismus. Agrippinus Carthaginensis, S. Cyprianus, & plures alii, qui tercio seculo nullum esse baptismum ab hereticis administratum asserunt, potiori iure infidelium baptismum asserunt. S. Augustinus anceps habet, an baptismum ad infidelium administratum validum esset. Nam *Lib. II. contr. epist. Parmen. c. xlii.* inquit: *Alia questio est, iuram & ab his qui nunquam fuerunt Christiani, possit baptismum dari? Nec aliquid temere adfirmandum est sine auctoritate tanti Concilii, quantum tante rei sufficit.* Falsus explicat hanc locum ambiguitatem *Lib. VII. de baptis. contr. Donatist. cap. lxi.* In adfirmantem tamen partem inclinat. Seculo IX. dubitate collari a Iudeo, vel Pagano, colligitur ex responsis Nicolai I. Sed S. Stephanus Papa adversus Cyprianum, alios que Orientis Episcopos demittit, validum esse baptismum ab hereticis administratum; & Nicolaus I. Bulgaris respondit, valere baptismum administratum sive a Iudeo, sive a Pagano; & Eugenius IV. in decreto ad Armenos declaravit, in necessitatis casu etiam Paganos baptizari posse. Et hec est hodie universalis Ecclesie doctrina. Hec omnia docet S. Thomas III. *Part. q. lxxvi. art. 5.* ubi ait: *Hanc questionem Augustinus indeterminatam reliquit ... Postmodum vero per Ec-*

clesiam determinatum est, quod non baptizati, sive sint Iudei, sive Pagani, possunt sacramentum baptismi conferre, dummodo in forma Ecclesie baptizent.

CAPUT X.

De baptismi institutione, eiusque obligatione.

I. **A** Christo Domino institutum baptismum latentur omnes cum Catholicis, tum hereticis. Institutionis tempus in disputationem vocatur. Contendunt aliqui, ut Albertus Magnus, & Alenis, post resurrectionem suam Christum baptismum instituisse, cum dixit *Matth. xxviii.* *Ecce docete omnes gentes, baptizantes &c.* Scimus cum aliis institutum docet ante passionem paulo post predicationis exordium, cum Christus misit discipulos ad predicationem, & baptizandum. Alii hanc institutionem ad tempus referunt, quo Christus *Iohan. iiii.* dixit Nicodemo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Alii denique institutionem hanc illigant tempore quo Christus in Iordane baptizatus est.

II. *Quest. I. Probabilis ne est Christum instituisse baptismum ante mortem, & tempore quo baptizatus in Iordane fuit? Resp.* Melchior Cano *Lib. VIII. de locis theol. cap. 1.* quamquam prudenter animadvertit posse hanc opinionem in utraque partem disputari, cum eviderent non conferi istius institutionis tempus; fatetur tamen probabilior em esse sententiam que institutionem baptismum defendit ante passionem, & tempore quo Christus in Iordane baptizatus est; ut docent S. Augustinus, S. Ambrosius, Magister Sententiarum, S. Thomas, & graviores Theologi, quin & ipse Catechismus Romanus.

III. *Prima pars ostenditur. Iohan. iiii.* dicitur: *Veni Iesus, & discipuli eius in terram Iudaeam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.* Rursum *cap. iv.* *Ut ergo cognovit Iesus quia audierunt Pharisei, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat quam Iohannes (quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit: Iudaeam, & abiit iterum in Galileam.* Testimonia hae baptismi institutionem produunt, cum instituto usum precedat. Neque reponi potest, Christi discipulos Iohannis baptismum administrasse. Nam ratio simulatio inter utriusque, Christi, & Iohannis, discipulos, quod plures ad Christum quam ad Iohannem, baptismum percepturi accedebant, clare ostendit videtur utriusque baptismatis diversitatem. Quid quod invicem disputabant, utra melior esset purificatio?

Ergo

Ergo duo erant baptismata. Accedit, discipulos Christi illud ministrasse baptismum quod a Christo ipsi susceperant. Quamquam enim Christus passim plebem non baptizaret per se, sed per discipulos, verisimile tamen est, ipsum discipulis suis propriis manibus baptismum ministrasse; ut S. Augustinus *epist. cclxv.* ad Seleucianum, alias *xviii.* inquit. *Baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos sive baptismum Iohannis, sicut nonnulli arbitrantur, sive, quod magis credibile est, baptismum Christi.* Neque enim baptizandi ministerium defugeret, ut haberet baptizatos servos, per quos ceteros baptizaret, qui non defugeret memorabilis illius humilitatis ministerium, quando eis lavit pedes. Subdit ibidem S. Pater, utique in Evangelio non legi baptizatos a Christo discipulos; at plura facta scimus que scriptis commendata non fuerunt. *Sed non omnia que facta sunt, etiam scripta inveniuntur; verumtamen facta esse ex ceteris documentis probantur.* Scriptum est, quando baptizatus est Apostolus Paulus; & scriptum non est, quando baptizati sunt alii Apostoli; verumtamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus. Tandem ante passionem Sacerdotio initiatos Apostolos, & Eucharistia participes effectos fuisse legimus. Ergo tincti iam erant; cum baptismus sit aliorum sacramentorum ianua.

IV. Altera quoque pars, nempe tunc Christum instituisse baptismum, cum ipse in Iordane baptizatus fuit, conformior est SS. Patribus, eamque docet S. Thomas III. *Part. Tridentina Part. II. de baptis. §. 20.* ubi haec habentur. *Tunc a Domino hoc sacramentum institutum esse percipitur, cum ipse a Iohanne baptizatus sanctificandi virtute aqua retribuit.* Testatur enim Gregorius Nazianzenus, & Augustinus, eo tempore aqua vim generandi, in spiritualium scilicet vitam, datam esse. Et alio loco ita scriptum reliquit: *Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omnia peccata abluunt aqua; & alibi: Baptizatur Dominus, non mundari indigens, sed tactu mundi carnis aquas mundans, ut vim abluendi habeant.* Argue ad eam rem illud maxime argumentum esse potuit, quod tum sanctissima Trinitas, in eius nomine baptismum conficitur, nomen suum professens declaravit. *Vox enim Patris audita, Filii persona adest, & Spiritus sanctus in columba specie descendit: praeterea cali aperit sunt, quo nobis iam per baptismum licet ascendere.* Haec sunt rationes cur Christus Dominus baptizari voluit, & que tunc institutum baptismum declarat.

V. *Quest. II. Quando lex baptismi obligare coepit? Resp.* Duplex est sententia. Altera contendit, hanc legem obligasse statim post resurrectionem, cum Christus dixit: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* Nam, postea resurrectione, defixit lex antiqua, & Sacerdotium vetus in novum transiitum est. Altera defendit, obligationem coepisse solem tempore Pentecostes: quia tunc solem sufficenter promulgata fuit. At distinguenda est promulgatio, quae libidinis non sit legem declarat, a promulgatione, quae est ipsa publicatio legis. Cum Princeps solemniter legem suam pronuntiat, & publicat, lex illa vim obligandi habet; quamquam libidini ad eundem observationem non alirgantur, usque dum legem invincibiliter ignorant. Tum ergo lex baptismi vim naturae sua obligandi obtinuit, cum primum a Christo Domino publicata fuit. Verum si plura de hoc cupis, consule que scripsi *Tom. VI. dissert. lxi. de leg.*

CAPUT XI.

De baptismi necessitate.

I. **D**uplex necessitas, mediis, & praecipit. Illud est necessarium primo modo, sine quo aut in re, aut in voto, nullo modo obtineri finis valet; uti sunt baptismus, & penitentia. Necessarium secundo modo dicitur quod praecipit imponitur, & sine peccato omitti nequit; haberi tamen sine eo laus potest, quoties vel ex ignorantia, vel ex alio obstaculo eundem observantia impeditur. Nulla vero ignorantia, nulla impossibilitas suffragatur respectu eorum que sunt necessaria necessitate mediis. Potest quis invincibiliter ignorare baptismi legem; in non propterea gratiam que vi eundem infunditur, asequitur. Quo in casu negative ob gratiae defectum, & positive ob peccatum sive originale, sive actuale damnationem incurrit. Hoc est etiam discrimen inter necessitatem mediis, & praecipit: quod praecipit observatio respectu illius qui potest, & tenetur ad eundem observantiam, necessaria est necessitate mediis; cum haec tamen diversitate, ut communiter Theologi animadvertunt, quod his quae absolute necessaria sunt necessitate mediis, gratia annexa est necessaria ad salutem; ut patet in baptismis, & penitentia: observatio autem praecipit negative tantum necessaria necessitate mediis dicitur ad salutem, ne propter praecipit violationem impedimentum aliquod ad salutem

po-

ponatur, & culpa perpetretur, cui poena repondeat damnationis. Illius necessitatis divinitas eodem modo interdum exprimitur in Scriptura divina, ut patet in baptismo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*: & in Eucharistia: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Ex subiecta materia diversis necessitas mediis, & praecepta colligenda est. Si res conferat gratiam absolute necessariam ad salutem, ut est baptismus; vocatur necessitas mediis: si gratia non sit absolute necessaria, ut in Eucharistia; dicitur necessitas praecepti.

II. Rursus quae cadunt sub necessitate mediis, alia sunt extrinseca, ut gratia sanctificans, alia sunt intrinseca, ut gratia faciens. Quae sunt primo modo necessaria, suppleri possunt per fidem, & caritatem cum voto illa suscipiendi; quamvis in re posit ob impedimentum nequeant. Quae sunt postremo modo necessaria, suppleri nullo modo possunt; sed ita in re requiruntur, ut impossibilis sit salus sine eisdem. Quomobrem abique gratia sanctificante, re ipsa infusa in anima, nemo salus esse potest.

III. Tandem votum, seu desiderium alicuius rei necessaria aliud est implicitum & generale, ut eod. votum servandi omnia Christi praecepta, quod seungi a caritate desequitur: fieri enim non potest ut quis salvus fiat, nisi implicitam saltem voluntatem habeat implendi omnia praecepta a Christo imposta. Aliud est votum, seu desiderium expressum, quod ex rei cognitione oritur, & tunc requiritur, quando res est necessaria necessitate mediis: quia res illa tanta est necessitatis, ut vel in re, vel in voto haberi debeat.

IV. Haereticorum plures tum antiqui, tum novatores, baptismi necessitatem negant. Ex antiquis Cajani, Manichaei, Seleuciani baptismum recitent. Ex novatoribus Wicleffus, ut ex Concilio Constantiensi sess. xv. constat, baptismum superfluum docuit. Eidem subscribit Bucerus.

V. Calvinus Lib. IV. Instit. cap. xv. §. 10. haec docet. *Tam perspicuum est quam falsum, si quod docerunt pridem nonnulli, in quo alii persistunt, per baptismum solvi nos & eximi ab originali peccato, & a corruptione quae ab Adam in universam posteritatem propagata est*. Rursus clarus, quam haereticum exponit §. 20. *Infantes nostros, antequam nascantur, se adoptare in suos pronuntiat Deus, quum se nobis in Deum fore promittit, semi-*

nique nostro post nos. Hoc verbo continetur eorum salus. Nec quisquam in Deum tam contumeliosus esse audebit, ut eius promissionem effectui suo sufficere per se neget. Quantum damni invenerit dogma illud male expressum, baptismi esse de necessitate solvatis, pauci advertunt: ideoque minus sibi cavent. Nam ubi invaluit opinio, perditos esse omnes quibus aqua tingi non contingit, nostra conditio deterior est quam veteris populi. Non minor impudentia Sociniani, Calvinistarum soboles venefica, baptismi necessitatem de medio sustulerunt.

VI. Catholici omnes indicatos haereticorum errores detestantur. Scholasticorum nonnulli aliquas opiniones Ecclesiae doctrinae adversas docuerunt. Catechismus in III. Part. §. lxxviii. docuit, parvulos sine baptismo decedentes, parentum votis & precibus, praeterm. signo externo adhibito, salvos fieri. Quae sententia nulla fuit in Concilio Tridentino censura nulla, opera praesertim Cardinalis Seripandi, ut ex Cardinali Pallavicino Lib. IX. cap. viii. advertit Cl. Laurentius Berti Lib. XXXI. cap. xviii. Gerousius, Gabriel, Alfiodorensis, S. Bonaventura; Durandus probabiliter praesenti posse docent, divinam misericordiam aut parentum votis, aut aliqua alia via salvos facere infantes sine baptismo obeuntes. Cardinalis Strondati parvulos sine baptismo decedentes exordium quidem a regno Dei, sed a peccato praeservari, & a naturalibus bonis non excludi contendit. Recensitae opiniones, tamquam arbitrarie, reiiciendae sunt.

VII. Quae. I. *Necessarius ne baptismus est necessitate mediis infans cuius ex fidelibus parentibus procreatus?* Resp. Adfirmant omnes Catholici adversus Calvinum. Ratio evidens est. Nam eiusmodi infantes contraheunt peccatum originale. Sed unicum remedium a Christo praestitutum ad peccatum istud abolendum, est baptismus; ut manifeste constat ex Evangelio: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Vana Calvinii commenta patet verbis S. Augustini *serm. cccv. alias xiv. de verb. Apost. rellit.* inquit: *Christianus est Christianus, inquit. Audi Evangelium, qui vis non baptizatos parvulos mittere in regnum caelorum; audi Evangelium? Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Delitui sententia est. Haec non respicit nisi non Christianus. Idcirco non Christianus est Calvinus; eiusque aegales, qui Domini sententiam perniciter oblatione resistunt.*

VIII. Quae. II. *Adultis est ne necessarius bap-*

baptismus necessitate mediis in re, aut in voto? Resp. Sententia adfirmans est omnium Catholicorum, & constat ex evangelicis adductis verbis. Rationem ex divinis Scripturis haullam promit S. Thomas III. Part. quae. lxxviii. art. 1. *Nemo alicui Christi regnum valet, nisi per Christum, & nisi Christum induat, eique incorporetur; ut Apollolus Rom. v. docet. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vita. Haec autem continentur, & mystica incorporatio cum Christo solo baptismate fit, tunc eodem Apollolo ad Galatas III. Quicumque enim in Christo baptizatus est, Christum induit. Ergo sine baptismo obtineri regnum Christi non potest.*

VIII. Secunda pars, quod adultis suscipi baptismum in voto, quando re ipsa haberi nequeat, colligitur ex ipsa baptismi divisione in baptismum fluminis, fluminis, & sanguinis, ex communi Ecclesiae consensu. Audiamus S. Thomas III. Part. quae. lxxviii. art. 1. ubi haec docet. *Sacramentum baptismi dupliciter potest alicui desse. Uno modo & re, & voto: quod contingit illis qui nec baptizantur, nec baptizari volunt; quod manifeste ad contemptum sacramenti pertinet quantum ad illos qui habent usum liberi arbitrii. Et ideo hi quibus hoc modo desit baptismus, salutem consequi non possunt: quia nec sacramentaliter, nec mentaliter Christo incorporantur, per quem solum est salus. Alio modo potest sacramentum baptismi alicui desse re, sed non voto; sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu preventur morte, antequam baptismum suscipiat: & tunc sine baptismo actuali salutem consequi potest, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur. Unde Augustinus dicit de Valentiano, qui catechumenus mortuus fuit: *Quem regeneratus eram, amisi; verum ille gratiam quam pepocipi, non amisi*. Qui enim per baptismum regenerari aqua & spiritu desiderat, corde, licet non corpore, regeneratus est, subdit Angelicus.*

IX. Quae. III. *Ut baptismus adultis proficiat, requiritur ne votum implicitum, aut explicitum eiusdem?* Resp. Duplex occurrit sententia. Recentiores non pauci votum implicitum fat esse defendunt, voluntatem scilicet servandi totam legem Christi, aut ingrediendam Ecclesiam catholicam, aut assequendum vitam aeternam. Quis audiens Christi nomen, desiderio flagrat eius religioni nomen dandi,

Conc. Theol. Tom. VIII.

eiusque legem amplectendi, nihil de sacra lavacro cogitans, cuius invincibili tenetur ignorantia; simile votum sui desiderium fat esse defendunt plures.

X. Opposita lententia mihi est probabilior, necessarium nempe esse votum, vel propositum explicitum suscipiendi baptismi. Baptismi enim necessitas mediis est, non praecipit tantum. Porro licet fides explicita Trinitatis, & incarnationis post Evangelii praedicationem ad salutem necessaria est iuxta probabiliorum sententiam; ita baptismi suscipiendi propositum expressum sit necesse est. Alioquin non maior baptismi quam cuique alterius christianae legis praecipit necessitas ad salutem foret. Siquidem in qualibet contritione perfecta propositum implicitum includitur servandi omnia Christi mandata. Quare distincta supra sunt haec duo: necessarium propositum alicuius praecipit; & res necessaria in re, aut in voto. Primum significat desiderium implicitum, aut explicitum servandi omnia quae Christus in mandatis dedit. Posterius significat rem ita esse necessariam necessitate mediis, ut aut in re, aut in voto expresse requiratur. Neque dicas, id absolute verum esse; at per accidens ratione ignorantiae invincibilis contingere posse ut non maior sit baptismi quam aliorum praecipitorum necessitas. Hoc enim responsum arbitrari videretur ad argumentum vine elevandum. Nam licet admitti possit ignorantia invincibilis, & infidelitas negativa, ut docet S. Thomas, pro aliquo tempore; tamen nunquam ipse concederem, quemquam laborare posse infidelitate negativa Trinitatis, & baptismi longo tempore. Atque adeo cui Deus concedit fidem per dilectionem operantem, seu cui infundit caritatem perfectam, profecto infundet eidem lumen splendidum & mysteriorum, & baptismatis, quae sunt necessaria necessitate mediis ad salutem, saltem in mortis articulo.

XI. Quae. IV. *Quo tempore suscipere adulti baptismum debent?* Resp. Multa occurrunt antiquorum exempla, quorum alii in finem vitae, alii ad provectiorem aetatem disfulerunt baptismum. Paulo ante ordinationem S. Ambrosii baptismum fuisse, narrat Paulinus Norvicius. S. Paulinus Nolanus baptizatus est, cum annum aegeret 28. S. Augustinus anno 33. baptismum suscepit. Multae assignantur huius dilationis causae. Alii, ut vix in sancti, humilitatis causa catechumeni longo tempore perseverare voleverunt. In aliis timor fuit ne sacramentum profanationis periculo exponeretur. In aliis vita volup-

G la,

sa, & vana spes obtinenda. Mortis tempore omnium peccatorum venia. Et tandem laxata pluribus in locis disciplina in causa fuit cur baptismum protraheret.

XII. Verum rationes cur differi baptismus non debeat, cuique obviae sunt. Quis enim prudens protrahere sua servitutis vincula, quos antidotum suae infirmitatis profrastrare vellet? Pravam antiquorum ditionis consuetudinem, quae tum in Orientum in Occidente serpebat, evellere Patres studuerunt. Itaque S. Ambrosius, ut Baronius ad an. 377. num. 14. narrat, in eo multis fuit, ut pravam illam consuetudinem, quae in Occidente, quam in Oriente ubi temporis concesserat, quia fideles quosque plurimum referent, ad precociter aetatem baptismum differrent, penitus in nihilum gereret ex agro dominico exelleret, & quod se scilicet delinuit ab illis ne in posterum ferret, vehementer admonuit: praeferturque apud Orientales Basilides, atque Gregorius Nazianzenus, nec non Gregorius Nyssenus, ut ipsorum de baptismi edite orationes significat.

XIII. In baptismi gratia infunditur, quae et servitute demonis animam eripit, ad vitam aeternam regebat, delet perpetrata peccata, inflatur extenuatas vires, tenebras dissipat, vim praebet futura peccata vitandi, Christo Domino incorporat, & alia multa dona confert. Quis, nisi insipientis, tantam donorum copiam sponte differre in vita finem, aut in profectionem aetatem velit? Sed quid contra antiquatum abusum verba fundo? Intorquenda haec potius essent adversus illos qui loquebantur baptismum profanant, & deturpant, qui sceleribus onusti secundum penitentiam baptismum procrastinant, & in vitiorum ceno voluntant. Verum de hoc infra.

XIV. Quaest. V. Quis ordo servatus olim fuit in catechumenis tingendis? Resp. Catechumenus graeco vocabulum est, quod latine redditur instructus, seu ille qui instruitur; & qui instruit, catechizans nuncupatur; & instructionem in fide Graeci catechesin, Latini catechismum appellant. Alii distinguunt catechumenos in audientes, genuales, & competentes. Alii contendunt consensientes non fuisse diversos a competentibus. Idecirco tres classes constitunt, audientium, competentium, electorum. Qui christianae religioni data nomen coepiebant, ab Episcopis in catechumenos recipiebantur, impreso crucis signo illis in fronte. Ad audientium verbum Dei admittentur in loco dicti Auditorum: ipsique audientes dicti, quia, audita

concione, dimittentur: & Missa, quae usque ad offertorium, catechumenorum dicebatur, pro fidelibus procedebat usque ad finem. Expleto audientis tempore ad secundam competentium stationem pergebant: & tunc nomina illorum ecclesiasticis tabulis inscribuntur, & crebris precibus, ieiuniis, pervigiis, & genicularionibus ad baptismum ficipiendum sese preparabant. Ne vero indigni initiarentur, examen in illorum mores, quod servitutina appellabatur, insituebat Ecclesia. Ex Ordine Romano septem scrutina celebrabantur a tertia dominica Quadragesimae: sed praecipuum ser. 10. die servitutini dicitur, celebrari solitum erat. Si quis catechumenorum flagitii alicuius reus deprehensus erat, ad audientium stationem remittebatur. Competentibus vero quorum mores probati communitate exelleret, & quod se scilicet delinuit ab illis ne in posterum ferret, vehementer admonuit: praeferturque apud Orientales Basilides, atque Gregorius Nazianzenus, nec non Gregorius Nyssenus, ut ipsorum de baptismi edite orationes significat.

XV. Quantitas temporis quae in unaquaque statione morari debent catechumeni, non erat ubique eadem. Concilium Eliberitanum can. xlii. iis qui in genilitate honeste vixerant, biennii spatium praescribit. Iudeis, in divinis litteris eruditis, & unius Dei cognitione imbuitis, octo mensium intervallum determinavit Concilium Aganense anno 506. Concilium Nicenum I. id arbitrio, & prudentiae Episcoporum desinendum reliquit. Instante mortis articulo, ante impletum tempus baptismi administrabatur. Hoc quippe tempore nec ipsi Ethnicis baptismum perentibus denegabatur.

XVI. Tempestate nostra, licet obsoleverit disciplina triplicis catechumenorum classis, viger tamen, si substantiant species. Pia enim loca consecrata sunt in quibus Ethnici, Turcae, Iudei, recipientur, certo tempore a piis Sacerdotibus, probatque neque imbuedi; neque ad lacrum lavacrum admittuntur, donec in praecipuis religionis nostrae mysteriis optime instructi sint. Methodus haec ex ipso Evangelio originem trahit. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, inquit Paulus Rom. x. Et Christus Dominus Matth. xxviii. Fontes docere omnes gentes, baptizantes &c. Haec instructio summa peragenda diligenter est, & altius baptizandorum animis imprimenda sunt christianae religionis mysteria, & postillum morum doctrina: morum quippe sanctitas fides alit, & religionem firmat.

XVII. Quaest. VI. Quo tempore baptizandi catechumeni sunt? Resp. Antiqua Ecclesiae

consuetudo obtinuit ut in sabbato sancto Pascha, vel Pentecostes, nisi impedimentum obfiteret, solemniter catechumenorum baptismum celebraretur. Congruentiam assignat Tertullianus Lib. de baptis. cap. xix. inquit: *Diem bap- tismi Iohannis in quatuoragesimo, adimpleta est: exinde Pentecostis ordinis lavacris latissimum spatium est, quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia Spiritus sancti dedicata, & spes adventus Domini subfossa.* Hoc idem tempus praescribit Rituale Romanum. Alicubi die quoque Epiphaniarum collatum adultis baptismi legitur. Ludovicus Habert cap. xii. narrat, tempore suo gravem fuisse exortam controversiam inter duo Parisienses Theologos, altero negante, adfirmante altero, die Epiphaniarum celebratum baptismum fuisse: & relatis utriusque partis documentis, colligendum insert, in aliquibus Ecclesiis praefato die conferendi baptismi morem obtinuisse. Sed, missis catechumenis, de quibus obiter verba feci, in se mitam regrediarum.

XVIII. Quaest. VII. An praecipuum suscipiendi baptismum obliget adultus, ut quavis tempore commode possint, sub poena gravius culpe baptismum suscipiant? Resp. Diximus supra, necessitate mediis requiri baptismum ad salutem. Quae autem mediis necessitate necessaria sunt, potiori iure necessaria sunt necessitate praecipua. Indicavimus quoque antiquam consuetudinem baptismum protrahendi in multum tempus. Disputatur nunc, sit ne praecipuum quo obstringuntur adulti ut quavis tempore commode possint, baptismum suscipiant. Negat Ledesma, & Filiucius. Sed adfirmat communis sententia, quam certissimum appellat Leander disp. 1. quaest. xii. laudatque pro eadem Caietanum, Suarez, Vasquez, Victoriam, Bonacinam, Hurtadum, Dicalitium, Reginaldum, & alios, quibus subscribo ob rationes quas supra dedi contra baptismi dilationem.

XIX. Quaest. VIII. Peccant ne mortales parentes, & tutores qui infantem sine rationabili causa baptismum differunt? Resp. Adfirmant communis sententia, quia sine necessitate exponunt illos periculo damnationis; ideo quae peccant contra legem caritatis, & contra Ecclesiae consuetudinem. Sic docent Sotus in 1. dist. 9. quaest. unic. art. 3. & dist. 111. q. x. Bellarminus cap. viii. Bonacina disp. 11. quaest. 111. punct. 2. n. 6. Leander disp. 1. quaest. xii. & xiv. ubi citat Filiucium, Dicalitium, Henricum, Dianam, & alios. Disputant recentiores, quot a nativitate dies

differre parentes possint filiorum baptismi absque gravi culpa. Differri posse, subleto mortis periculo, usque ad octavum diem, vel duodecimum sine peccato mortali, docet Ledesma. Hanc dilationem usque ad mensium, ob maiorem baptismi solemnitatem, extendit Caltropalus. Leander cum Soto peccare mortaliter parentes docet qui, cum commode ad baptismum infantes adducere possint, differunt ultra octavum aut duodecimum diem. Negotium est summi momenti: ideo summa diligentia curatae parentis debent ut quamprimum fieri possit, infantes baptizentur.

XX. Quaest. IX. Salvati ne hoc tempore aliqui possunt absque baptismi, si eiusdem legem ignorent? Resp. Adfirmat Martinus Bonacina disp. 11. quaest. 11. punct. 2. num. 15. ubi alios citat. Pium credendum est, inquit, Deum infirmum lumen aliquod, & speciale auxilium, quo eiusmodi ignorantes se se convertant. Pia haec credulitas, non ex divinis Scripturis, sed ex quadam natura teneritudo ortum ducit. Si pia credulitas locus concedendus sit, praesumendum potius Deum daturam & lumen tenebras dilapsas ignorantiae, & auxilium quo excitetur fervens baptismi desiderium. Cum enim Deus praesentem baptismum tamquam unicum delendi peccati originis remedium, si eiusmodi ignorantiam salvos velit, eodem illuminabit, ut baptismum aut expreso voto, aut re ipsa suscipiant. Reicienda itaque praefata opinio. Adulta ignorantia invincibilis baptismi, damnabatur negative ob defectum necessarij remedi, gratia nempe languentis; & positive ob peccatum originale, & actualia.

CAPUT XII.

De baptismi subiecto.

LEX ius quae dicta sunt, constat omnem hominem in statu viae degentem, si ve vitum, si ve mulierem, baptismi subiectum capax esse. Certum quoque est infantes in utero matris inclusos, non esse baptismi capaces. In controversiam ab haereticis vocatur baptismus parvulis administratus ante usum rationis, Ex iis quae paulo ante dicta sunt, patet infantes baptizandos esse simul ac commoditas occurrit. Nihilominus quia haeretici plerumque denegant conferendum parvulis baptismum; ideo paucis controverfiam resolvam iuxta Catholicorum doctrinam.

II. Quaest. I. Administrandum ne parvulis ante rationis usum baptismum? Resp. Praeter antiquos haereticos Hieraticas, Valdenfes,

Petrobalianos, Henricianos, & Catharos, ex novatoribus *Anabaptistis*, seu *Rebaptizantes* dicti, parvulos in infantia baptizatos, cum ad ætatem adultam perventuros, rebaptizant. Michael Servetus infantium baptismum abominationem appellat. Lutherani, & Calviniani fideiolum, non infidelium, filios baptizandos esse docent. Salmasius Vitringa, & alii novatores bilaterant, neminem olim nisi in adulta ætate baptizatum.

III. Ad propositam quæstionem respondent Catholici omnes, parvulos baptismi capaces esse, adeoque & valide, & licite baptizari. Id emanat tum ex divinis Scripturis, tum ex universa, & antiqua Ecclesie consuetudine. Et ad primum quod attinet, quemadmodum in veteri lege indefinitè, & univèrse circumcidi omnes Deus mandavit *Genes. xviii.* ne anima incircumcisi deleteretur de populo suo: ita loquitur. *III.* indefinitè & univèrse præscribit baptismum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Sed circumcisi tubifici parvuli erant: ergo baptismi tingendi parvuli sunt. Tam liquidum circumcisio, quam baptismus ad peccatum originale delendum inficitur sunt. Omnes autem culpam originalem contrahunt. Ergo omnes prænitio remedio egent. Præterea nonne parvulis beneficium Christus suis manibus contulit? ut habetur *Matth. xix.* *Oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret:* & discipulis imperantibus eos qui parvulos offerebant, dixit: *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum colorum.* Apollolos quoque baptizasse parvulos haud obscure colligitur ex *Act. xvi.* ubi legitur, Paulum familiam Lydia Purpuraria, & omnem domum cultodis carceris baptizasse. In domo autem communiter & parvuli, & adulti reperuntur. Accedit Ecclesie perennitatis traditio. S. Augustinus *Lib. 1. de pecc. merit. cap. xxvii.* Pelagianos parvulorum baptismum ad incita adigit. Porro quia parvulos baptizandos esse concedunt, qui contra auctoritatem univèrse Ecclesie, proculdubio per Dominum, & Apostolos traditam, venire non possunt, concedunt oportet, eos egere beneficio *Macturæ*, ne oblati per sacramentum &c.

Iterum *cap. xxxix.* Proinde quod attinet ad baptismum parvulorum, ut eis sit necessarius, redemptione etiam ipsi opus esse concedunt, sicut *chrysdam* eorum libello brevissimo constituitur. Si universalis non fuisset consuetudo, an tacuissent Pelagiani? An fatalitatis non rearguerunt Augustinum?

IV. Sed, mihi plurimis aliis traditionibus documentis, canones Concilii Tridentini re-

scribendi sunt. Adversus Anabaptistas *can. xxi.* hæc statuta sunt. *Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi in ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; anathema sit.* Iterum *can. xlii.* *Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habeant, suscepto baptismi inter fideles computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos, aut pestare omitti eorum baptismum; quam eos non acta proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesie; anathema sit.*

V. Erasmus errorem invexerat examinandi baptizatos parvulos, cum adultam ætatem attigerint, non ratum habeant susceptum baptismum. Adversus hunc errorem Concilium sequentem *can. xiv.* condidit. *Si quis dixerit, infirmosque parvulos baptizatos, dum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint quod patrum eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt; & ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; nec alia interius pena ad christianam vitam redigendos, nisi ut ab Eucharistia, aliorumque sacramentorum perceptione arcantur, donec resipiscant; anathema sit.*

VI. Opponunt 1. Non minus doctrinam quam baptismum Christus præcepit. Docere omnes gentes, baptizantes &c. Infantes non sunt doctrinae capaces: ergo neque baptismi. Rursus, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Resp. Utrumque præcipitur, quoties utrumque prælati potest. Ad imminue iubetur ut utrumque omittatur, si nonnisi peragi valeat, & non alterum. Credunt parvuli non propria, sed aliena fide. Sapienter de morte Augustinus *serm. cxxvii.* olim *xiv.* de verb. *Apost.* respondet. *Ad verba aliena sanatur, quia ad factum alienum vulneratur. Credit in Iesum Christum? sit interrogatio. Respondetur, credit. Pro non loquente, pro silente, pro stente, & quodammodo, ut subviniatur, orante, respondetur, & valet. An etiam hoc serpens ille persuadere conatur, quia non valet? Absit a cordibus qualescumque Christianorum. Ergo respondetur, & valet. Conspiratione quadam communicat spiritus: credit in altero, quia peccavit in altero. An vero inveniet vitam presentis sæculi, quem parturivit infirmitas; & non inveniet vitam futuri sæculi quem parturivit caritas? Ad huius doctrinæ conspectum in nihilum recidit argutatio Erasmi, est autem iniquum esse infidelis, & ratione delituitis parvulis ingens imponi, quod, velint, nolint, cum adoleverint, ferre debeant. Immo suspicienda est infinita Dei clementia, & sapientia, que dispo-*

disponit ut qui per unius delictum perierunt, per alienam fidem salvi fiant. Ingum quod illis imponitur, non servituti, sed libertati est: non eos gravat, sed ad vitam erigit.

VII. Opponunt 2. Imitandum est Christi exemplum, qui anno tricesimo lascipere baptismum voluit. Respondet S. Gregorius Nazianzenus *orat. xl.* *Cum Deum dixisset, quæstio a te soluta est: nam ille purgatio ipsam erant, nec purgationis indigebat: verum tua causa purgabat, quemadmodum & carnem ferebat, cum carnis expertus esset. Nec vero quicquam periculi ei metuendum erat baptismum prorogari: quippe qui passionis quoque sua arbitrius esset, quemadmodum & nativitate. Tibi autem non leve periculum imminet, si hinc corruptioni soli genitus, nec incorruptibilitate indutus excelleris. Heine patet novatorum commenta nova non esse, led vetusta, & a Patribus sanctis, antequam perdolesset isti in medium prodirent, penitus evulsa. Nec est quod alia leviora que obrudunt, discutiam; cum seipsis dissiliant.*

VIII. Breviter, & prout instituti nostri ratio postulat, novatorum commentis explis, quaestiones nunc resolvende sunt que inter Theologos catholicos disputantur.

IX. *Quæst. II.* An *Satyri*, vel concepti ex *bruto* & *femina* sint baptismi capaces? Resp. *Leander disp. v. quæst. 11.* refert *Dicalitulum*, innumentem opinionem affirmativam probabilem esse. At nulla probabilitate frui talem opinionem, certum est. Nam soli homines rationales peccatum originale contrahunt, & baptismi capaces sunt. Sed *Satyri*, vel fetus concepti ex *bruto* & *femina*, homines rationales non sunt. Ergo baptizari non debent. Quod opponunt probabile esse, active feminas ad generationem concurrere, vanum commentum est. Utrumque enim pariter, masculi primas in generatione parces exercent; ineptumque est femineum semen ad prolis conceptum, nisi virile semen accedat. In proposito autem casu semen ferinum est: idcirco proles humana dici nequit. Quid, si homo coeet cum bestia? Tunc sub conditione baptizari posse, docet *Leander* cum *Dicalitilo*, *Palao*, *Polsevino*. Si, quod minima mea opinio præfert, dicere debeam, ex bestia, licet virili semine fecundata, nasci posse hominem, commentum mihi est omnino arbitrarium, & omni fundamento destitutum.

X. *Quæst. III.* An monstrum procreatum ex *virto* & *muliere*, baptizandum sit? Resp. Communiter Auctores docent, insipientium esse, an monstrum fetus humane naturæ

speciem præferat, præsertim in capite, præcipua corporis humani parte, & rationis domicilio. Rituale Romanum, & S. Carolus Borromeus in instructionibus baptismi in casu dubio movent ut Epicurus consolatur. Si dubiteret, & imminet mortis periculum, baptizari potest conditione adiecta. Monstruosum autem fetus dicitur, cum a reâ consuetâ forma declinat; ut si habeat quatuor crura, duplicem ventrem &c. Si duo capita in monstrum appareant, duoque corpora distincta, led unita; tum duo sunt homines, & singuli baptizandi sunt. Si periculum imminet, unico baptizato ambo baptizari debent hac forma: *Ego vos baptizo &c.* Si dubiteret, duo ne sint, aut unus homo; tunc unus absolute baptizetur, alter vero conditione adhibita. Verum, ut dixi, his in casibus Epicurus consulendus est. *Ermaphroditi* baptizandos esse, omnes docent. *Quæ de Centauris, Hippocentauris, Onocentauris* narratur, fabulosa mihi sunt. *Spyri*, & filii excommunicatorum baptizandi sunt. De infantibus exploratis ea servetur consuetudo que pro variis circumstantiis in propria Ecclesia viger.

CAPUT XIII.

Sint ne baptizandi infantes infidelium, invidis, & relictantibus parentibus.

I. Sapientissimus Pontifex **BENEDICTUS XIV.** in epistola data ad Archiepiscopum Tarlensem Urbis Vicegerentem anno 1747. controverfiam hanc perpicue, & more suo eruditione summa illustrat. Regulas que in certis quibusdam ambiguis eventibus servanda sunt, præscribit. Illarum specimen maxime perstringam. Sed primum omnium status quæstiones expono. Sermo in præsentia est de infantibus ratione delituitis; cum certum penes omnes sit, adultos, invidis parentibus, baptizari posse. Pueris infidelium baptismum administratum validum esse, omnes affirmant. Durando excepto, qui ad infantium baptismi valorem parentum consensum necessarium alserit. De licita administratione Theologi contra Theologos disputant.

II. Nomine infidelium intelliguntur secta a christiana religione averfa, quales sunt *Iudaismus*, *Mahometismus*, *Ethnicismus*. Quamvis omnes hæretici vere quadam ratione, inquit P. *Drin* de *ve. sacram. de baptis. c. 111. §. 1.* dici infideles possint; tamen Ec-

clesia, a qua desolveite, subditi sunt. Idcirco publica Ecclesie auctoritate, si opportunis postularet, istorum manibus eripi infantes possent, & in Ecclesie sinum, a quo invidie avulsi detinentur, restitui, & si baptizati non essent, baptizari.

III. Triplex pro presenti instituto infidelium status. In primo sunt qui a Christianorum potestate liberi omnino vivunt. In secundo sunt illi qui iure belli, emptionis, aut alterius tituli mera mancipia Principum christianorum existunt. In tertio sunt illi qui civili, & mera politica subiectione Principibus christianis parent. Convenit penes omnes, infidelium prima conditionis infantes baptizari licite non posse, quemadmodum convenit licite confertur baptismum posse pueris infidelium secundi status. De pueris infidelium tertii status disputatur in utramque partem. Adfirmant partem Scotus cum sua scola defendit. Negantem proponit S. Thomas cum Thomis, quibus communis accedit Theologorum, & Canonistarum consensus, & Ecclesie consuetudo.

IV. Quæst. I. Aliquitum non est baptizare infantes infidelium, invitis eximendis parentibus? Resp. Adfirmat S. Thomas, & tribus rationum momentis suam confirmat sententiam 2. 2. quæst. x. art. 12. Eas omnes hoc transcribere operæ pretium existimo. Inquit ergo: Dicendum, quod maximum habet auctoritatem Ecclesia consuetudo, quæ semper est in omnibus amandanda: quia & ipsa doctrina catholicorum Doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet. Unde magis standum est auctoritati Ecclesie quam auctoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscunque Doctoris. Hoc autem Ecclesie usus nunquam habuit, quod iudicium filii, invitis parentibus, baptizarentur: quoniam fuerint retroactis temporibus multi catholici Principes potentissimi, ut Constantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, ut Sylvester Constantinus, & Ambrosius Theodosio; qui nullo modo pretermisissent ab eis imperare, si hoc esset consonum rationi. Et ideo periculosum videtur hanc assertionem de novo inducere, ut præter consuetudinem in Ecclesia hæcenus observatam, iudicium filii invitis parentibus baptizarentur. Et huius ratio est duplex. Una quidem propter periculum fidei: si enim puerum usum rationis habentes baptismum susciperent, postmodum cum ad perfectam ætatem pervenirent, de facili possent a parentibus induci ut relinquere quod ignoranter susceperunt: quod vergeret in fidei detrimentum. Alia vero ratio est, quia repugnat iustitie natu-

rali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primo quidem a parentibus non distinguitur secundum corpus, quamdiu in utero matris continetur; & postmodum vero, postquam ab utero egreditur, antequam usum liberi arbitrii habeat, continetur sub parentum cura, sicut sub quodam spirituali utero. Quamdiu enim usum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationali. Unde sicut hæc, vel equus est aliquid, ut utatur eorum voluntate, secundum usum civile, sicut proprio instrumento; ita de iure naturali est quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra iustitiam naturalem esset, si puer, antequam habeat usum rationis, a cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur, invitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, iam incipit esse suus; & potest quantum ad ea que sunt iuris divini, vel naturalis, sibi ipsi providere: & tunc est induendus ad fidem non coactione, sed persuasione; & potest etiam invitis parentibus consentire fidei, & baptizari; non autem antequam habeat usum rationis. Unde de pueris antiquorum patrum dicitur, quod salvati sunt in fide parentum; per quod datus intelligi quod ad parentes pertinet providere filiis de sua salute, præcipue antequam habeant usum rationis.

V. Primum rationis momentum ab Ecclesie auctoritate acceditur, preemprorum est. Nihil enim christiana Ecclesia prius habet quam Christi regnum amplificare. Ergo illi hoc prædica iure fuisse, illud profecto executioni demandaret. At tantum abest ut hanc potestatem exercuerit aliquando, quin declaravit oppositum in Synodo Tolotana IV. anno 633. can. lxxi. videlicet, venimus deinceps ad credendum vim inferendam. Cui enim vult Deus, miseretur, & quem vult, induat: non enim tales invitis salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma iustitie: sic enim homo proprii arbitrii voluntate seipsum obediens perit; sic vocante gratia Dei propria mentis conversione quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non secus ac ipsis adultis, dum, iidem reluctantibus, ipsorum parvuli baptizantur. Altera ratio S. Thomæ apostatice periculo nixa, quam sit valida, ii omnes callent quibus

com-

compertum est quam sit vehemens parentum in filios amor, & quanta sit in parentes filiorum observantia, & obsequium. Defectio igitur a christiana religione moraliter certa, nedum probabilis est. Exponeret igitur baptismum sacramentum, reluctantibus parentibus administratum parvulis, contemptum, scandalum, & ludibrium. Ratio tertia ex ipso naturali iure manat. Iure quippe nature, patris potestati filii subiecti sunt. Ergo violatur ius istud, dum, ipsis invitis, baptizantur. Nam aut eripiuntur huic potestati paterne post baptismum; & tunc transgreditur ius istud: aut sub patria potestate relinquuntur; & tunc periculo subvertentis subiacent, & sacramentum profanationis exponitur. Hanc suam sententiam confirmat S. Thomas III. Part. quæst. lxxviii. art. 10. & quæst. 11. art. 7. His in locis omnia argumenta quæ ab adversariis opponuntur, resolvit. Pontifex iumentis BENEDICTUS XIV. loc. cit. num. 5. testatur, in tribunalibus S. Thomæ sententiam prævalere. Et prævalere per se tribunali l'opinione di S. Tommaso, come attestò il Cardinali Albizzi de inconstantia in fide; ed è anco più comune fra i Canonisti, ed i Teologi. Quæ sic latine reddo. „Prævalet tamen in foro opinio S. Thomæ, ut testatur Cardinalis Albizzi de inconstantia in fide. Est etiam apud Canonistas, & Theologos communior.“

VI. Reponunt I. Scothæ. Fallium est, violari ius naturale, dum, invitis parentibus, baptizantur parvuli: quia caret parentibus impediendi iure ne filii baptizentur. Quando enim duo iura pugnant, quod præstat alteri, servandum est. Ius autem divinum præcipit hanc observantiam. Sed magis oportet obediere Deo quam hominibus: A. d. v. Resp. Fallo laborat supposito argumentatio isthæc. Præcipit Deus omnes baptizari servato iuris ordine. Ius autem divinum est, ne quis invitis & reluctantibus ad fidem compellatur. Quod dicitur Luc. xiv. compellendos infideles esse, ut domum Dei implant, sentium hunc reddidit, nempe compelli debere suasionem, predicationem, & consilio, ut luci divine oculos aperiant, secus vi adiecia. Vana ergo est & commentitia pugna quam obtrudunt inter duo iura: quoniam, ut dixi, Deus non præcipit ut vi adhibita baptismus conferatur.

VII. Opponunt 2. Parentes reluctantes ne filii baptizentur, abutuntur potestate patriæ: ergo privati eadem iure possunt. Nam si parentes necare filios vellent, aut filiam ad stuprum compellere, non filii, vel filia iure a potestate patriæ subtraherentur. Ergo po-

teriori iure subducentur, dum illos baptizari impediunt, ex quo anime mors consequitur, que magis quam mors corporis timeri debet. Accedit, Mathathiam Machab. I. cap. 11. circumcidisse pueros incircumcisos, quotquot invenirent in finibus Israel. Resp. Ut ab hoc ultimo incipiam, Mathathias, quemadmodum Lyranus cum Elio admadvertit, circumcidit pueros incircumcisos, qui erant Iudæorum filii. Præceperat enim Antiochus ex Iudæis incircumcisos relinquere filios suos: cui iniquo præcepto Iudæorum plures mortis timore, aut desolatione a lege parterunt: & hoc circumcidi Mathathias imperavit. Quod si filios Gentilium, iusto bello captos, & in veram servitutem redactos, circumcidi fecit, licitum fuit mandatum, ut sub initium adnotavi. Quamquam Sotus Mathathiam, iusto nimio legis iuculentum, in hoc errasse innuit. Sed prior ratio vera est. Quod autem obtrudunt, parentes infideles, renuentes baptizari filios suos, iure naturali abuti, fallum est. Peccant dumtaxat adversus religionem. In religionis autem negotio filii Deo, non Ecclesie, extra quam reperiuntur, subiecti sunt. Idcirco nullam in eos, ad hoc quod attinet, exercere Ecclesia potestatem valet: neque domino naturali qui in filios possuntur, expoliare eisdem potest. Contra vero dum filios suos necare, & filias prostituere perterant, abutuntur revera iure naturali, peccant in humanam societatem, & ius naturale: quomobrem merito privantur hoc dominio naturali quod habent in filios, qui subtrahendi sunt ad illorum impia tyrannide. At dum baptismum illorum impediunt, peccant in ius supernaturale, vi cuius soli Deo subiecti sunt. Ergo ob istius iuris violationem privati ab homine nequeunt iure naturali patriæ potestatis in filios.

VIII. Opponunt 3. Sicutus Hispaniarum Rex Iudæos vi ad baptismum compellit. Alia exempla quoque similia occurrunt. Resp. Inæquum factum quæ opponuntur exempla. Sicutus factum improbativè Toletana Synodus; aliaque præclara factoria vi Regis merito extollit. Carolus Magnus ad baptismum Saxonum, alioque adegit; quia invaverant, se christianam Religionem, quam libere susceperant, servaturos. Si qui vero Reges zelo minus prudenti infideles aliquando ad baptismum suscipiendum vi coegerunt; respondeo, non ex istorum factis, sed ex Ecclesie decretis colligendas esse regulas baptismi administrandi.

IX. Quæst. II. An filii Iudæorum, aliorum infidelium in periculo mortis licite ba-

G 4

pi-

pitari volent? Resp. Quamvis sententia S. Thomae haecenus explicata absolute vera sit, aliquas tamen excipit limitationes. Quarum prima est mortis articulus, in quo licite baptizari posse infantes infidelium omnes adfirmant; qua tunc cessat absurdum porro affirmari; & hii morti proximi a patria potestate descendunt. In confirmationem huius doctrine refert Pontifex summus BENEDICTUS XIV. deitionem Congregationis S. Officii ann. 1675. in verbis conceptam. *Cum filius Hebraeorum consignatus fuisset nutrici Christiane in deficientia nutrimenti Hebraeorum, dum esset proximus morti, fuit baptizatus: & sacra Congregatio declaravit, praedictum puerum fuisse licite baptizatum.* Aliam similem deitionem refert ibidem Pontifex summus, datam anno 1705.

X. Quaest. III. *Filius infidelium expositi, aut patrie potestati subditi, licite ne baptizari possint?* Resp. Adfirmant communiter Theologi, dummodo infans vere expositus sit. Ille autem vere expositus nuncupatur qui a parentibus derelictus est, & sub nullius cura reperitur. Cum enim tunc sit extra potestatis patriae ius, nemini sit iniuria, dum tali filio expositio baptismus administratur. Idem dicendum de filiis infidelium qui a piratis capiuntur; ut quando tirones Turcarum in potestatem veniunt Christianorum, & pueri in eisdem reperiantur. Ipsi, cum a patria potestate extracti sint, licite baptizantur. Quando tamen per vim puer Iudeus a parentum cura eripitur, remittendus sub patria potestate est. Pueros vero infidelium, sive iure, sive iniuria parentibus ereptos, & in regiones ita longinquas translatos, ut nulla sit reditus spes, baptizare Ecclesia conluit.

XI. Quaest. IV. *Si unus parentum infidelium consentiat, baptizari ne puer licite valet, altero dissentiente?* Resp. Sententia adfirmans communis, & mihi vera est. Praevalere enim consensus ille debet qui cedit in religionis favorem, & pueri utilitatem. Quare si pater ad fidem christianam veniat, matre in Iudaismo persistente, baptizandus puer est; ut desinit Gregorius IX. in sua Decretali ad Episcopum Argentinensem; & refertur in cap. *Ex litteris* de convers. infidelium. Idem dicendum est, si mater convertatur, pater in Hebraismo remanente, ob rationem datam, & colligi videtur ex praefata Gregorii Decretali; tametsi expresse patrius tantum mentio fiat. Parentum nomine venit etiam avus pater, qui si christianae religioni nomen det offeratque nepotem, baptizari debet, etiam

matre dissentiente. Casus hic cum Romae contigisset, praevalere dissentium matris Navarrus Lib. III. de convers. infidel. consil. 4. propugnabat. Contra in favorem consentis avi scripsit Rutilius Benzonius. Et Gregorius XIII. declaravit, sententiam Benzonii praetendam esse; & Benzonius ipse infantem tinxit, ut narrat in suo *speculo Episcoporum*. Lib. I. quaest. 13. dub. 1. Quare sub finem consilii Navarrus haec adiecta sunt. *Advertendum autem contra hanc opinionem latam sententiam, infantemque traditum fuisse avo christiano, & deum baptizatum, perseverare adhuc in fide.* Infantes sic baptizati invidis parentibus, in dictis casibus debent ab illis separari.

XII. Quaest. V. *Infidelium plures infantes suos offerant baptizandos, ut infirmitatibus evitentur: validum ne est modum baptismi esse?* Resp. Iam a tempore S. Augustini infideles offerre infantes baptizandos consueverunt, non ut a culpa originali mundarentur, sed ut a spiritibus immundis liberi fierent. Qua de re scribit S. Augustinus epist. xciii. ad Bonificium. *Nec illud te moveat quod quidam nos ea fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur aeternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem.* Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria, & verba sacramentorum sine quibus consecrari parvulus non potest. Non enim parentum, sed ministrorum intentio spectanda est. In Synodo habita an. 1148. sub Patriarcha Luca, cuius meminit Ballamon in can. lxxxiv. Trallanum disputatum de hocce baptismi fuit, de quo videri Baronius potest ad ann. 1148. Validam esse baptismi istud, sententia communis, & certa defendit. Verum infidelium aliqui tanta superstitione tenentur, ut spe liberandi infantes suos ab infirmitate, minentur mortem Sacerdotibus consensu illorum pravae superstitionis, & baptizare reluctantibus, nisi baptismum admittant. Negavit Navarrus licite conferrí baptismum posse ad mortem ritandum. Opinionem adfirmantem propugnabat alii. Congregatio S. Officii an. 1625. hanc edidit deitionem: *Sacra Congregatio universalis inquisitionis, habita coram Sanctissimo, relatis litteris Episcopi Antverpensis, in quibus supplicabat pro resolutione infra scripti dubii: an, cum Sacerdotes coguntur a Turcis ut baptizent eorum filios, non ut Christianos efficiant, sed pro corporali salute, ut liberentur a favore, contritali morbo, maleficiorum periculo, & lupis, an in*

tali casu possint saltem fide eos baptizare, adhibita baptismi materia, sine debita forma. Respondit negativè: quia baptismus est ianna sacramentorum, ac protestatio fidei; nec ullo modo fingi potest. Et Innocentius XI. hanc thesim proscipit: *Urgens metus gravis est iusta causa sacramentorum administrationem simulandi.* Verum de hac simulatione sacramentorum alibi solius dictum est.

XIII. Quaest. VI. *Si puer petat baptismum, & dubitet, an usu rationis praedictus sit, potest ne iuribus parentibus baptizari?* Resp. Negant Valquez, Hurtado, Henriquez, & alii plures. Adfirmant vero Sotus, & Candidus: quia in dubio decidendum est in religionis favorem. Prudentius consilium hoc in casu videtur, colendum esse puerum in loco tuto, donec perfectum assequatur rationis usum; & tunc, si perseveret, baptizandum. Si periculum mortis adit, iam dictum est, baptizari posse.

XIV. Quaest. VII. *An requiratur aliqua dispositio in infantibus ad baptismum suscipiendum?* Resp. Lutherus defendit, infantes, cum baptizantur, habere fidem actualem. Sed nullam in iidem reperiri fidem actualem, quam baptizantur, catholici Theologi docent. Quomodo actualis fides est mentis assensus rebus revelatis, ex divina illustratione, & ex motione voluntatis praestitus. Infantes autem nec intelligant quid agant, nec voluntate moventur ad cogitandum, & credendum; sed illorum fidem supplet Ecclesia.

XV. Quaest. VIII. *An amentes, & furiosi baptizandi sint?* Resp. S. Thomas III. par. quaest. lxxviii. art. 12. primum considerat amentes a nativitate, omni lucido intervallo delitruos; & hos baptizandos esse iustar infantium in fide. Ecclesiae decernit. Quamvis enim rationis viam careant, nec speretur illam unquam assecuturos, hoc tamen non impedit quominus baptizari debeant: quoniam cum in iidem sit anima rationalis, per accidens, idell propter impedimentum organum corporei, uli rationis caret. Alii sunt amentes qui ex sana mente quam prius habuerunt, incidunt in insaniam: & tales sunt indicandi secundum voluntatem quam prius habuerunt, dum sane mentis erant. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum, debet eis exhiberi, in furia, & amentia constitutis; etiam si tunc actu contradicant. Si autem tempore lucidi intervalli non apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum; baptizari non debent in amentia constituti. Ad dormientes quod attinet, respondit ad 3. baptizandos non esse, nisi mortis

periculum imminet: quo in casu baptizandi licet, si prius in eis apparuit voluntas suscipiendi baptismi. Quae doctrina communis est.

CAPUT XIV.

De Baptismo adulterum, virorum, mortuorum, & campanarum.

I. DE dispositionibus quae praecedere in adultis debent ad martyrium suscipiendum, supra dictum est. Paena nunc delibanda de dispositionibus quae absolute in omnibus adultis sane mentis requiruntur ut digne baptismi suscipiant.

II. Quaest. I. *Requiritur ne in adultis ad digne baptismum suscipiendum fides in Christum, dolor de peccatis, & amor Dei inchoatus?* Resp. Fidem necessariam in adultis esse, declarat Scriptura divina: nam Marc. xvi. dicitur: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit:* & Matth. xxviii. Christus iubet ut baptizandi instruatur: *Docete baptizandos.* Rurhis Philippus dixit Eunuchis: *Si credis ex toto corde, licet:* Act. viii. Non minus perspicue iubetur ut baptismi praemittatur penitentia. *Penitentiam agite, & baptizati vos uniusquodque vestrum,* inquit S. Petrus Act. 2. Innumera vult testimonio quae amoris Dei saltem initialis necessitatem evincunt ad veram in Deum conversionem. *Qui non diligit, manet in morte:* inquit Ioannes cap. iii. Sed de istius amentis necessitate solius in tractatu de penitentia.

III. Quaest. II. *Licite ne conferri baptismus aut mortuis, aut vivis pro mortuis, valet?* Resp. Cataphrygas, Hieresarche Montani progeniem, mortuos baptizante, narrat S. Philastrius Episcopus Brixientis haeres. lxx. ubi inquit: *Hi mortuos baptizabant.* Cataphrygis accesserunt Archontici, de quibus Theodoros Lib. I. haeres. fabul. cap. xi. scribit: *Post mortem oleum, & aquam mortuorum capitis insunt, sic fore dicentes ut ipsi inuisibiles sint, superioresque evadant interiectis dominationibus, & potestatibus.* Cerinthiani, a Cerintho, Apostolis lupate, descendentes, vivos pro mortuis baptizabant, ut Epiphanius haeres. lxxviii. narrat his verbis. *Ex traditione res quaedam ad nos pervenit, quod, ut quidam apud ipsos de vita decesserunt morte preoccupati circa baptismum, alii pro ipsis in nomine ipsorum baptizentur, ne ubi resurrexerint, illi in relictione poenas lauant, eo quod non acceperunt baptismum, & subditi hanc potestati quae mundum condidit.* Similia de Marcionitis refert Chrysolomus hom. xl. in cap.

cap. xv. Epist. I. ad Corinth. & Tertullianus Lib. V. contra Marcionem cap. x.

IV. Originem istius baptismi alii eruebat ex frequentibus Pharisæorum lotionibus, alii ex prava intelligentia sequentis textus S. Pauli I. Cor. cap. xv. *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid & baptizantur pro illis?* Mortuus non esse baptizandos, nec vivos pro mortuis, cerum est, idque definitum fuit in Concilio Cathaginensi III. can. vi. *Carissimum est ne mortuos baptizari posse fratrum infirmis credat.* Ratio evidens est. Cadavera enim, anima rationali delituta cum sint, nec gratiam, nec regenerationem spiritualem recipere valeant. Nec professe baptismi nisi suscipientibus potest; sicut resurrectio unius non est alterius resurrectio.

V. Hec cum ita fe habeant, germanus apostolici textus sensus exponendus est. *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis &c.* ? Estius in hunc locum, Calmet, & alii varias promunt interpretationes. Alii volunt, Apostolum ex consuetudine illorum qui viventes baptizabantur pro mortuis, inferre mortuorum resurrectionem; eoque ad hominem, ut aiunt, revincere, non illorum consuetudinem approbando, sed ex illa resurrectionis fidem inferendo. Quam interpretationem fuisse illustrare, & confirmare Calmet nititur. Altera interpretatio textum applicat his qui in lecto morti proximi decumbentes baptismum suscipiunt; & baptizari pro mortuis intendunt, id est pro seipsis, quatenus sibi vite functis baptismum profuturus est. Tertio alii interpretantur pro mortuis, id est pro corporibus morti obnoxiiis; quae interpretatio hanc reddidit sensum: si non est carnis resurrectio futura, cur baptizantur corpora morti obnoxia? Frustranea quippe esset corporum ablutio, si post mortem resurgere non deberent. Hanc interpretationem præ alii præbet S. Ioannes Chrysolomus hom. x. in I. ad Cor. inquit: *In memoriam revocans Paulus dicebat: Si non est resurrectio, cur baptizatis pro mortuis, id est pro corporibus? Propter hoc enim baptizatis, mortui corporis credens resurrectionem, id est quod non maneat mortuum.* Hec Chrysolomi interpretatio non aridet. Etio. Omnes tres interpretationes suas patuitur difficultates.

VI. S. Thomas lect. iv. in hunc textum duas promit expositiones. Hæc, inquit, potest dupliciter intelligi. Uno modo, ut per hoc quod dicit, mortuis, intelligatur opera peccati, quæ sunt mortua, quia carent vita gratiæ, & dicuntur ad mortem... Et

secundum hoc plana est littera. Quid scilicet faciunt illi qui baptizantur pro mortuis, id est pro peccatis abluendis, si non sint vitæ gratiæ habituri? Alio modo, quia quidam tunc temporis volebant quod homines possent primo baptizari, ut sibi ipsi remissionem peccatorum consequerentur, & iterum baptizabantur pro aliquo consanguineo suo defuncto, ut etiam post mortem admitterentur ei peccata: & secundum hoc fit littera: Quid faciunt qui baptizantur pro mortuis, scilicet consanguineis, pro quorum salute baptizantur, si non sit resurrectio mortuorum? Sed isti in aliquo commendari possunt, scilicet in hoc quod fidem resurrectionis videbantur habere; sed in aliquo possunt reprehendi; in hoc scilicet quod unum credebant posse pro alio baptizari. Sed tunc est questio. Si oratio unius prodest alteri, quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio. Una est, quod opera quæ faciunt viri, profunt mortuis propter unionem caritatis, & fidei: & ideo non profunt nisi illis qui decedunt cum caritate, & fide: unde in Jobelibus nec oratio, nec baptismus virorum profunt; tamen oratio prodest illis qui sunt in purgatorio. Alia responsio, & melior, quia bona opera valent mortuis, non solum ex vi caritatis, sed etiam ex intentione facientis. Sicut si ego dicere præsterium pro aliquo qui est in purgatorio, qui tenebatur dicere, ut satisfaciam pro eo; valet quidem quantum ad satisfactionem solum illi pro quo dico. Dicendum est ergo secundum hoc, quod baptismus non habet virtutem ex intentione nostra; sed ex intentione Christi. Intentio autem Christi est ut baptismus illis proficiat qui in Christi fide baptizantur. Consequenter illud inconveniens explicat dicens: Si omnino mortui non resurgunt. Et ista explicatio videtur magis convenire secunde expositioni supraposte: quæ dicitur: Ut quid baptizantur pro illis, id est pro mortuis, si non resurgunt?

VII. Interpretationum varietas potest difficilium esse Apostoli textum. Secunda S. Thomæ interpretatio mihi ceteris præferenda videtur. Est enim litterali sensui magis consentanea & obvia. Nec est quod opponas, non esse vero simile, Apostolum voluisse ex prava quorundam consuetudine resurrectionem adstruere. Nam alibi invictis rationum momentis absolute S. Paulus mortuorum resurrectionem evincit. Hic argumento utitur illis revincendis valde tempelivo qui in more habebant vivos pro mortuis baptizare, hac pia credulitate, quod quemadmodum preces, ita & baptismus prodest defunctis pol-

posset. Quisque tamen eam præligat interpretationem quæ probabilior sibi apparet.

VIII. Quest. III. Licetum ne est, & cuiusque superstitionis expertus baptismus campanarum? Resp. Ritum baptizandi campanas, ut superstitionis plenum, argunt novatores Magdeburgenses, Holpiniatus, Vossius, alii-que. Istius ritus inventorem fuisse contendunt Ioanne XIII. qui anno 968. Lateranensis Ecclesie campanam consecravit, nullo precedente talis ritus vestigio. Campanæ autem, arguuntur isti, sunt baptismi incapaces. Ex quo inferunt, superstitionis & ridicularium esse baptismum illis collatum. Vana hæc sunt, & futilia.

IX. Ad antiquitatem campanarum quod attinet, vel in iplo veteri testamento consuetudo obtinuit convocandi populum ad Deum colendum sonitu tubarum, ut habetur Num. x. Hæc eadem consuetudo viguit primis Christianæ fideles aliquibus instrumentis sonitu. Tempa non tubabant, nunc laminam ferream malleis pulsabant, antequam Urius Participatus circiter annum 865. Campanas mitteret ad Michaelen Imperatorem.

X. In Ecclesia occidentali campanarum usus sæculo vi. viguisse, communis hæc opinio fuit, quas a S. Paulino Episcopo Nolano inventas asserit, dictasque propterea Campanas, & Nolas a Nola Campaniæ urbe. Hanc opinionem plures nostri temporis eruditi viri oppugnant, tamquam solido destitutum fundamentum; non desunt tamen alii eruditi viri, qui communem opinionem defendunt. Verum diffidium illud & parvi momenti est, & ab instituto alienum.

XI. Ritum benedicendi campanas antiquiorem Ioanne XIII. evincunt rerum liturgicarum periti. Martene Lib. II. cap. xxi. de antiq. Eccl. Rit. Bona Lib. I. cap. xxii. de reb. liturg. Cl. Ioseph Catalanus in Pontif. Rom. Part. II. tit. xxiiii. & alii plures. At non propterea licitus, & cuiusque superstitionis expertus dicitur ritus iste, quia Ioanne XIII. vetustior; sed ideo licitus ritus est, quia Ecclesia fruitur potestate qua novos instituit ritus valet. Baptismus campanarum lata quadam, & ampla significatione dicitur, quatenus ablationem significat. Nec enim in hoc baptismi forma adhibetur sacramentalis, nec instructio, & catechismus, nec ministri intento huic tendit. Sed benedictur campanæ; ut sacro illo sonitu, & fragore turbini impetus, grandinum tempestates, spirituales infernales procul pellantur, ut fideles intelligent fe ad fidei christianæ mysteria ce-

leblanda, Dei verbum audiendum, Deumque colendum convocari. Qui plura de hoc sacro ritu scire cupit, legat Gregorium Lib. de benedict. cap. xlv. Angelum Rocca cap. vii. Ex his constat, ab omni superstitionis labe immunem esse ritum istum. Sed Novatores nostri, non secus ac obfessi & engerumini, sacras benedictiones omnes, & exorcismos detestantur, & reformidant. Ritus Romanæ Ecclesie omnes qui eorum palato delicatissimo non sapient, continuo superstitionis infimulant, & ascendant, ac si ipsi supremi iudices esset constituti ad iudicium ferendum in Romano-catholicæ Ecclesie ritus. Quam sit & ridicularia, & infana eorum audacia, nemo prudens non videt.

CAPUT XV.

De baptismi effectibus.

I. Sanctus Thomas III. Part. quest. lxxv. In suo sermone, in decem articulos tributo, effectus quos sacramentum baptismi producit in anima baptizati, recenset, & explicat. Præcipuus hic ego perscrinam; & errores hæreticorum obiter indicabo.

II. Originiste, ut refert Epiphanius heres. lxxv. docuerunt, peccata non deleri per baptismum, sed sopiri, & tegi. Pelagiani, cum peccatum originale negarent, necessaria consecutione illud per baptismum auferri inficiabantur. Iovinianus in aliud extremum lapsum cecidit. Non modo per baptismum auferri peccatum originale docuit, sed legitime sacro lavacro tinctum peccare postea non posse effutit. Lutherani, & Calviniani negant peccata per baptismum tolli, & revera delent, sed tantum tegi, & non imputari, Originistam errorem innovantes. His paucis delibatis, brevier effectus baptismi recensentur.

III. Quest. I. *Conferri ne baptismus gratiam sanctificantem?* Resp. Sententia adfirmans de fide est, innumeris Scripturarum testimonis declarata. S. Paulus I. Cor. inquit: *Sed ablutus estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.* Iterum ad Titum xxi. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti.* Hæc gratia nos in Dei filios regenerat, & membra Christi efficit; ut inquit Apostolus ad Galat. iii. *Omnes filii Dei estis... Christum indivisum.* Rursum Rom. vii. *Si autem filii, & heredes: heredes quidem Dei, veredes autem Christi.* Plura alia testimonia, alioquin obvia, prætereo. Gratia sanctificans, quæ infunditur baptizato, animam efficit divina nature consortem, & fecum